

uacan
 regentur
 quani
 patram vos
 ens aut
 si omnis
 mente. ego
 ait. ait
 dicit
 quaz
 teme uoga
 et. Et
 in tecu
 Et et os
 tunc ne
 us in illas
 sentiam et
 suis sedet
 illuc et o
 peto et du
 mitio

iste. Verumtamen non sicut
 ego uolo. sed sic tuus. uenit
 ad discipulos et inuenit
 eos dormientes. Et dicit

M C P R S
 vna uox a uigilare mea
 Vigilate et orate ut non
 intratis intemperie tempore.
 Hps quaecez promptus e
 coro aut infirmita. Iheruz
 lemo abuit et orauit uires
 patris ut huc calix transire
 misi uila nullu fuit uolum
 tis tria. et uenit ueru eri
 uent et dormientes. Erat

16 14
 latus illis iter abuit ferre
 et orauit eundem Simonem di
 Eu. uenit ad discipulos su
 os et dicit eis. Dormite sa
 et iugnescite. ecce uinnibz

Arena Hutteri

69 88

Disputatio inauguralis de Fide p̄fificante Missione.

Disputatio de Catechismo fayende Miserere.

De Vera & Vtete Christi depit. Bald.

Disput. Antiphoniam de Lys, de Paucitate Regnorum Regnum.

Disputatio Antiphonam de docto N.T sacramentis Wilhelm.

Disput. de officio Christi Francij

Disput. de sacrificio V.T. Francij

Disput. de Passione & morte Christi Gerffy

Harmonia Calvi. et Photii. Lysari.

Disput. de sacramento Eucharistie Iurana ut evulg.

P. Lysari

Rerumq. de Zephola Genealogica Lysari Calvini



Σὺν τῷ Θεῷ.

Disputatio Anti-photiniana,

Complectens

ΕΛΕΙΓΧΟΝ ΒΔΕΛΤΓΜΑΤΩΝ,

Quæ de
I. LEGE & 2. PEC-
C A T O,

Fovent, ac spargunt

NEARIANI POLONICI,

Iussu

Reverendi & Amplissimi Collegii Theo-
logici, in inclytâ Lipsiensium Academâ,
ἐξετάσεως publicæ χάρειν, proposita,

Ad diem 30. Sept. & 1. Octob.

Pro consequendâ potestate assumendi titu-
lum Doctoris in studio Theologico, quam
vulgò Licentiam vocant, à

M. LEONHARD. RECHTENBACH
Saltensi, SS. Theolog. Baccal. & Eccl.
VVeissenf. Pastore ac Superin..

Lipſia, TOBIAS BEYER Excud. Anno 1612.

Viro amplissimo, consultissimo, eruditione,
prudentia, omniumq; præstantissimarum vir-
tutum nomine admodum conspicuo,

Dn. CASPARO GRÆ-
VIO, celeberrimæ Lipsiensium Reipu-
blicæ CONSULI dignissimo,

Domino, fautori, ac patrono suo, summo studio perpe-
tim prosequendo,

declarande gratitudinis

ergo,

offert atq; exhibet

M. Leonhard, Rechtenbach, &c.

Σὺν τῷ Θεῷ.

THESS I.



Vemadmodum temporibus singulis, qui ziania per agrum Domini disseminare satagunt, doctrinam Legis, & Evangelii in chaos unum confundere solent.

II.

Consimili ratione, postquam ex Ebionis, atq; Pauli, non apostoli sed Samosateni, cineribus, enata nova photinianorum blasphematorum progenies, illud unicè pensi ea maximi habuit, quo, non tantum aeternae lóys, aeterni itemq; sancti Spiritus, DEITATI bellum indicaret, ac illibatam de gratuita hominis peccatoris causa Deo justificatione modis innumeris depravaret.

III.

Verum ad fines suos dilatandos, veluti τὰς ἐχθρὰς αὐτούς, insignes quoq; illas de lege divina, dæq; contrarie ejusdem peccato nimirūm, controversias in dubium vocare non erubuit.

IV.

Cui malo quia praesenti tempore obviari coepit, dum aeterna τὰ λόγια, & Spiritus sancti DEITATIS, ac rurum sinceritas Ecclesiarum nostrarum de justificatione per Christum disquisitionibus precedentibus scripturarum sacrarum autoritate asserta fuit.

V.

Ea propter ordo ipse, atq; simul superiorum autoritas postulat examinari hac vice, & οὐχιτές, βελύματα Photinianorum, quibus partim quidem i. doctrinam de Lege, partim ve-

A 2

ro 2.

etò 2. doctrinam de Legis contrario, seu peccato, corrumpere, allaborant.

V I.

Cujusmodi Capitaut eò dilucidiùs à nobis pertractentur, totam διάσπεψιν in duas primarias distribuemus sectiones, quarum unaquaq; certa proponet θελύγμata, quæ hoc ordine, enodabimus, ut 1. συντόμως Antagonistarum de singulis θελύγματi proponamus εὐθέλητa. 2. iisdem divinarum literarum apponamus θεμέλia. 3. Adversariorum examinemus προσφύγeta.

S E C T I O P R I M A.

Proponens.

ΒΔΕΛΥΓΜΑΤA NEOPHOTINIANORVM
D E L E G E.

VII.

Ac sanè doctrinam de Lege quod attinet, impugnant eam Photiniani recentiores, non uno, sed variis modis, insurgendo videlicet, nunc quidem contra illius, 1. Conditionem, nunc 2. contra perfectionem, nunc verò 3. contra Adimptionem.

Β Δ Ε Λ Y Γ Μ A I.
C O N D I T I O N I L E G I S,
oppositum.

IX.

Nam, ut sigillatim de primo speciali θελύγμati, ipsa nempe Legis divina conditione, non nihil dicamus, operâ unanimi defendunt omnes subsequentia Emblemata.

IX.

I. Primarium totius scriptura sacrosanctæ scopus esse nullum

lum alium , quām conciones Legales & obedientiam Legibus morib
libus debitam .

X.

II. Prophetarum omnium , itemq; C H R I S T I , & Aposto
lorum conciones singulas , unicē ab hominibus posulare , ut obed
ientiam Legi morali debitam præstent , atq; sic justificari , & salu
tem æternam consequi annitantur .

XI.

III. Conditionem hujusmodi , tacitè quidem primo , deinde
verò expresse , in ipso fædere sanciendo propositam Abrahamo à
I E H O V A fuisse , quando jesus , ut coram Deo ambularet , &
esset perfectus , hoc est , ipsi Deo parere non recusaret .

XII.

IV. Vitam æternam , observatoribus Legis debitam , sub lege
veteris Testamenti nec promissam , nec revelatam ulli fuisse , reser
vatam autem & promissionem , & revelationem æternæ vitæ
hominibus novi Testamenti , ut ex mutato Testamento , hæredi
tas mutata monstraretur , & pro terrena benedictione quam
Patres olim quæsiverunt , quaque Deo obedientiam veterum
compensare placuit , nunc spiritualis , perfectior , & æterna re
compensatio , propter melius officium Christi , atq; fædus præ
stantius Mediatoris nostri , insinquaretur .

XIII.

Verū enim vero ad frivolas hascè humani ingenii Θλασ
Φημολογias succinctè & ordine responsuri , de Emblemate primo ,
permoti ductu , ac fundamentis sacrarum literarum , ita senti
mus .

XIV.

Quodcunq; dogma 1. manifestis scriptura divinæ dictis
confuditur , & 2. perpetuæ ejusdem praxi repugnat , atq; tan
dem 3. innumeris rationibus , ex ὅπλοις Spiritus Sancti peti
tis , refutari quām facilimē potest , illud tolerari in Ecclesia mi
nimè

nimè, magis autem damnari, & ad puteum infernalem ablegari à piis omnibus jure merito debet. Sed dogma Neo-Phatianorum de concionibus Legalibus, quod sicut primarius & unicus scripturæ sacrosanctæ scopus, est tale. Ergò

XV.

Propositionem cùm Scholæ Christianæ extra omnem dubitationis aleam ponant, negare eam Adversarii non poterunt, quippe qui, ut eorum scripta docent, à scriptura, & maximè à novo Testamento, aut à Legibus per CHRISTUM in eodem novo Testamento completius (ex eorum sententia) redit, totos sese pendere, passim jaſtant.

XVI.

Assumptio verò patet. 1. ex illis scripturæ divinæ dictis, quæ non in Lege, neq; etiam in obedientia Legi Morali debitâ, contrà verò in CHRISTO, vel Messiâ, ejusdemq; beneficis voce Evangelii nobis revelatis, cœu supremo & unico salutis nostræ fonte, atq; capite, principalissimum totius Biblicæ scripturæ, & omnium Propheticarum & Apostolicarum concionum, scopum contineri disertis verbis attestantur.

Psal. 40. 8. Luc. 18. 31. Luc. 24. 27. Ioh. 5. 39. Ioh. 16. 14. Apoc. 1. 8. Act. 10. 43. 1. Petr. 1. 10. 11.

XVII.

Hinc enim talis emergit didixi. Si 1. in capite voluminis Biblici de Christo scriptum. 2. doctrina de Christi merito concionum Propheticarum summa, atque argumentum. 3. Christus primaria scripturæ capita enarraturus de seipso concionatur. 4. Scripturæ de Christo testantur. 5. Spiritus sancti officium, majestatem Christi illustrare. 6. Omnes Prophetæ Christo testimonium perhibent. Et deniq; 7. tām Prophetæ, quam Patriarchæ, augustissimi illius πεπνυαγγελιος protoplastis in Paradiso annunciati, interpretes fuerunt, utique non Legales conciones, nec obedientia Legibus Moralibus debitis,

debita, magis autem doctrina Evangelii de Christo, ejusq; me-
rito, omnium in universum, & doctorum & librorum sacræ
scripturæ primarius finis, ac scopus erit. Sed verum prius, Er-
gò falso minime posterius.

XIX.

Ratio connexionis in luce clara posita est, & nicitur *avndingen-
p; evn*, cùm *doctrina Evangelica*, tūm *concionum legalium distincti-
one*, cuius accurata *observatio* totius *Theologie fundamentum*,
destinata verò ignoratio, fons existit errorum obscurantium
lucem doctri næ de Christo, ac de justificatione fidei, & pertur-
bantium conscientias peccatorum mole oneratas, ut erigio-
mninò nequeant, magis autem in brevia temptationum præci-
pites abripiantur.

XIX.

Assunti veritas ex superioribus exsplendescit allegatis,
quorum summas generales argumentum ipsum repetit, &
contradicentes ita in laqueos induit, ut ne gry quidem, quod
hiscant, ulterius habeant.

X.

Quod accedit 2. *perpetua divina scriptura praxis*, monstrans
itidem, præcipue illud egisse Prophetas ac Patriarchas, ut ho-
mines voce Evangelii invitarent ad agnoscenda, percipienda
que fide ingentia, gratuitaq; Christi beneficia, non ut studio
bonorum operum, & obedientiæ Legibus Moralibus debitæ
justificari anniterentur.

XXI.

Alapsu enim *Ade usque ad diluvium ante omnia & prima-
rio locuti sunt sancti Dei viri de promissione illa solenni. Se-
men mulieris conteret caput serpentis, &c.*

XXII.

A diluvio autem *ad Moysis usque tempora* vigere capit cu-
tus sacrificiorum, quæ non tantum eō nomine instituta fuerunt,
ut essent.

ut essent occasio, nervus, & conservatio publicorum congressuum;
itemq; calcar honestæ disciplinæ, & vitæ inculpatæ.

XIII.

Verum illuc tendebant ea omnia, ut prima concio de semi-
ne benedicto magis magisq; repeteretur, fides Patriarcharum de-
certitudine salutis confirmaretur, & verbum gratiæ unicuiq; in-
Individuo applicaretur, maximè cùm Deus ipse met subinde ex-
plicationem illustrem revelati pridem Evangelii ostenderet,
novas quasdam circumstantias adderet, & promissionem ipsam
ad Abrahamum, ejusq; posteritatem, sigillatim verò ad tribunum
Iuda, alligaret.

XIV.

A Moysi usq; ad Prophetarum ordinem, promulgata quidem
denuo, & stabilita multis miraculis, Lex Dei, & politia Israelicæ
fuit, illudq; ministerium à ministerio Evangelii diversum maximè
censi debere, libenter concedimus.

XXV.

Finem vero & significationem istius promulgationis, atq; adeò
rotius politia Mosaice, si vero intelligentiæ oculo inspicimus, ne-
gari planè nequicquam veteris Testamenti leges, tam Morales,
quam Ceremoniales, & Forenses, pro modulo illorum temporum,
ipsum Christum monstrasse, ejusq; umbras, typos ac figuræ fu-
isse.

XXVI.

De Morali lege disertè pronunciat Paulus, Christum esse Leg-
is finem, Legem esse Pædagogum nostrum in Christum, ut ex
fidei justificemur, priusquam fides venirent, custoditos sub Le-
ge Iudeos, & conclusos in eam fidem, quæ revelanda erat.

XXVII.

Ideò enim omnem consilii arg; auxiliū humani spem Lex Mo-
ralis interclusit, & extremae injustitiae, tanquam horrendi cu-
jusdam, & lethiferi morbi, Iudeos convicit, quo agnitis pecca-
tis,

tis, & commerita Dei ira, porrò fide indubia ex promissionibus
Evangelii concepta Christum mediatorem, cœu divinum quen-
dam medicum, quererent, ac consequerentur.

XXVII.

De ceremonialibus autem Legibus manifestum, fuisse illas in
V. T. *visibiles*, & *palpabiles*, quasi *conclaves*, de *Passione*, *morte*,
regno, *sacrificio*, & *merito* venturi *Messie*, quibus sub formâ *tú-
πες οὐσιῶν, μνημονίας οὐσιῶν συγκεχυμένων*, *victima* *secutura adumbra-
ta*, *promissum semen Abrahæ prædicatum*, *Evangelii verbum*
revelatum, & *abstersionis* *sordium* per *sangvinem Christi*
mens pia admonita semper fuit.

XXIX.

Ac quod etiam *Iudiciales*, seu *Forenses*, *Israelitarum Leges*
Christum monstrarint, id comprobat simul 1. *distinctio* illu-
stris politia Mosaicæ, in quâ ex certa stirpe nasciturus aliquan-
do *Messias erat*, à *gentibus aliis*, simul 2. *conservatio* singularis
tribuum & *familiarum* inter *Iudeos*, quâ *integra Christi Gene-*
alogia continua serie ad nos transmissa fuit, simul 3. *propugna-*
tio *mirabilis politia istius*, usq; dum exhibetur *Messias*, simul
4. *Eversio lamentabilis cœrvorum Iudaicæ*, quæ nato jam, & à
gente propria reprobato, *Messia colophonem Legibus foren-*
sibus imposuit.

XXX.

Porrò, ut de *Prophetis* usq; ad *Christi adventum* nunc dicam-
mus, notum est D. Petri *Ægiapa*, præfixum videlicet singulos
in suis vaticiniis hunc scopum habuisse, quod *Christo testimoni-
um perhibuerunt*, atq; verbis, numero sanè perpaucis, sensu verò
& intellectu quam gravissimis, personam, officium adventum,
regnū, & beneficia *Messie* illustrarunt.

XXXI.

Quæ verò *intermixta* ipsorum *Prophetis historia*, commi-
nations, correptiones, taxationes, prædictiones, responsa, &

politica sunt, illa eò spectabant, ut Iudæi suæ *imperfectionis*, *cœcitatis*, iniusticiæ, nec non *maledictionis* admoniti misericordiam Dei implorare, medicum animarum quærere, & in expectatione, ac fiducia Christi mediatoris acquiescere disserent.

X X XII.

Iam si ad *novum Testamentum*, & quidem 1. ad *curriculum Mäisterii Christi* in his terris respicimus, superstructæ omnes ejus conciones super illud fundamentum sunt, quod ipse Iesus sit Christus, filius Dei, & quod credentes vitam habituri sint in nomine ejus.

X X XIII.

De quo enim Moses in Lege, & Prophetæ scripserunt, quem omnes Patres ac Reges pii multis seculis expectarunt, ille, invento Iesu Nazarenō filio Ioseph, inventus ipse est, ille ex sinu Patris non Legem, qua per Mosen fuit lata, sed Evangelium, quod est mysterium à seculis absconditum, in temporis plenitudine, simul *verbis*, simul *factis* nobis patefecit.

X X XIV.

Verba sunt, quod Christus *argumentum* suæ *doctrina* proposi-
turus, Nicodemo dixit, Cœlestem Patrem ex immitia miseri-
cordia filium unigenitum in mundum misisse, ut pro nobis Le-
gi satisfaciat, & in regno suo nos vocet, illuminet, justificet, gu-
bernet, ac conservet, ad æternam gloriam. Et alibi dicit; Hæc
est voluntas Patris, ut omnis qui vidit filium, & credit in eum,
non pereat, sed habeat vitam æternam.

X X V.

Facta verò sunt, quod Christus se pro nobis *in mortem tra-*
didit, & ad mortem usq; crucis Patri obediens fuit.

X X VI.

Vnde & ineffabilem Dei erga nos φιλανθρωπίαν, tanquam in speculo lucidissimo, intuemur, & præterea primarium N. T. *scopum* deprehendimus.

X X VII.

Qui

*Qui neutiquam consilium Dei vominò, cuius respectu Christus,
patiendo ac moriendo iram Patris, ipsamque adeò maledictionem
Legis portavit, & dominica Passio scopolos magis despe-
rationis, quam adminicula consolationis, prout in Iuda prodi-
tore apparet, suppeditare nobis posset.*

XXXVIII.

*Verum consilium Dei èvyygelyikòv, cuius intuitu Christus pro
nobis in mortem traditus; nobis à Deo sapientia, justitia, sanctifi-
catione, & redemptio factus, nobis φιλανθρωπian, & bonitatem Pa-
tris ponderandam ob oculos statuit, ut sic fides in nobis excite-
tur, quæ ex Legali passionis Christi consideratione oriti planè
nequit.*

XXXIX.

Patescit id ipsum liquidò, si tandem pro natura N. T. 2. ad
curriculum ministerii Apostolici oculorum aciem convertimus,
ubi doctrina Evangelii, seu scopus scripturæ totius primarius. &
semen quoddam nobilissimum per universum terrarum orbem
largissimè sparsum ac fusum fuit.

XL.

Similiter Apostoli, cum D. Paulo contestati singuli sunt,
omni alia carere se scientia, prater solam Christi solius, eiusdemq;
crucifixi cognitionem, merita ac beneficia, quorum respectu
ipse caput corporis Ecclesie, itemq; principium & primogenitus
ex mortuis, qui in omnibus (adeòq; etiam in verbi prædicatione,
& Biblico volumine) primatum ac dominatum teneat,

XL1.

Quod si autem, ut jam tandem in hoc membro receptui
canamus, vox Evangelii, non Lex, nec operum exactio, 1. à lapsu
Adæ usq; ad Diluvium. 2. à Diluvio ad Moysis usq; tempora,
3. à Moyse usq; ad ordinem Propheticum, 4. à Prophetis usq;
ad novum Testamentum, 5. sub novo Testamento, simul
in ministerio Christi, simul in scriptis & concionibus Apo-
stolorum, primarius finis, caputque summum, doctrina
Ecclesiastica

Ecclesiastice fuit, utiq; & hodiè, non Legales conciones, è conversa verò vice, Evangelii vox, atq; promissiones de Christo, primarius scripturæ sacræ scopus censeri & estimari debent. Sed prius haetenus abunde comprobatum fuit. Ergo & posteriorius acceptandum erit.

XLII.

Atq; illud eo magis, quando insuper 3, contraria Neo-Photinianorum argutia innumeris rationibus, ex ὀπλοθήνη Spiritus sancti petitis refutari quām facilimē potest.

XLIII.

Quomodo enim non pro *insigniter absurdō* habendus esset ille? qui, quæ, 1. *natura* quodammodo sunt nota, 2. & de solis vel *peccatis*, vel bonis *operibus* agunt, 3. *nullum* vero hominem, quales nunc sumus, *justificant*, 4. ac *inter tonitrua & fulgura ministerio hominis promulgata*, 5. conditionem *perfectæ impletionis*, tanquam *causam*, requirunt, 6. ratione, etiam *principalis* fui *usus*, hominibus *securis*, *impiisq; propone*nenda, 7. *opera*, Deo placentia, & facienda, duntaxat *monstrant*, tandemq; 8. *iram*, maledictionem, mortem, & damnationem *denunciant*, parafangis multis præferre, ac præponere isti doctrinæ vellet.

XLIV.

Quæ 1. nullo rationis acumine pescipitur, ministerio autem *Spiritus sancti* revelatur, 2. de unigeniti filii Dei persona, officio ac beneficiis concionatur, 3. atq; ei, qui non operatur, credit autem ei, qui justificat impium, *fidem ad justitiam imputat*, insuper etiam 4. gratiosis & salutiferis miraculis, & signis amabilibus, mediatore *Christo*, publicata & obsignata, 5. *Fidem in Christum non απολογησ, sed tantum λογισης*, & sub conditione οργανώ, sine quo applicatio beneficiorum Christi fieri non potest, requirit, 6. ad afflitos, poenitentes, & pauperes *Spiritu pertinet*, 7. *Spiritum sanctum*, cuius gratia bona

na opera fieri possunt, & imperfecta adhuc, Deo propter Christum placent, subministrat, tandemq; 8. salutem, justiciam, reconciliationem, liberationem, pacem, & vitam æternam confert?

X L V.

Atq; Legalium concionum conditio talis est, quod 1. note aliquo modo rationi sunt, 2. de solo faciendo agunt, 3. iustificari neminem possunt, 4. inter voces & lampades, cœn signa planissima iræ & judicij divini adversus peccatores, per Moysen, servum Domini, populo innotuerunt, 5. promissiones ad proprium, perfectum, purum, & absolutissimum hominis obsequium, tanquam *αἴτιον ἀεγγύευσθαι*, restrictas habent. 6. περίτως καὶ οὐκέτοις solos impenitentes, irjustos, non conversos, & in peccatis perseverantes, respiciunt, 7. vires nullas ad postulata opera suppeditant, tandemq; 8. non nisi accusare, terrire, iram operari, maledicto subiicere, nec non mortem denunciare, sciunt, veluti innumeris probari dictis scripturæ quam facilimūm.

X L VI.

E conversa vice, notanda maximè de doctrina Evangelis subsequentia capita veniunt, quod 1. patefactionis ratione, animali homini à seculis & generationi absconditum, nunc ministerio Spiritus revelatum, 2. materia respectu, circa τὰ πνεῦμα occupatum, de promissi atq; exhibiti pridem Messiæ personā, officio, ac beneficiis concionatur, & 3. quoad εὐεγγειαν, potentia est ad salutem omni credenti.

X L VII.

Sic si 4. promulgationis modum contemplamur, est hoc doctrinæ genus miraculis per quam multis, atque iis salutaribus communiter, & acceptis quibuslibet, confirmatum, non per homines, sed per ipsum unigenitum Dei filium, mediatorem unicum inter Deum & homines, qui 5. quoad promissionum for-

B 3 mom,

mam, sine ullo aut laboris præcidanei, aut obsequii proprii in-
tuitu, gratis, sponte; q; ob solum meriti sui interventum, eternam
vitam credentibus promittit,

XLIX.

Quin quoque 6. ratione objecti pertinet Evangelium ad
pauperes Spiritu & contritos corde; quibus 7. respectu opitula-
tionis Spiritus sanctus simul dat, quod Evangelium postulat,
nempē fidem, & justitiam coram Deo acceptam, ut tandem 8.
effecti respectu, Evangelium etiam ipsis, ministerium spiritus, sa-
lutis, & justitiae, item verbum liberationis, reconciliationis, & pa-
cis existat.

XLIX.

Patet ergo, etiam ex hisce rationibus, Evangelii vocem Lega-
libus concionibus parasangis multis preferendam esse, adeoq; pro
primario scripturæ sacro sanctæ scopo censeti, atq; haberi de-
bere, id quod contra Photinianorum κυριεγνωματων φίας, ob o-
culos omnium in clara luce ponendum fuit.

L.

Falsum autem sequitur hinc esse itidem Emblema alterum,
nimirum Prophetas, Christum, & Apostolos unicè obedientiam Mo-
rati Legi debitam ab hominibus postulare, ut sic justificantur, & fa-
ludem eternam consequantur.

L.

Nam quod 1. ad argumentum ipsum concionum Christi, Pro-
phetarum & Apostolorum attinet, ex præmissis luculenter ap-
paret, neq; primarium, neq; solitarium scriptorum Biblicorum caput
Legem esse, magis vero duo cum supra cœlestis doctrina capita
sint, Lex & Evangelium, peculiares unicuique assignari debere
artificis, exactiones vel postulationes.

LII.

Legis postulationes spectant in regula, & non tantum exter-
nam sed internam etiam obedientiam, unā cum natura, omnium
que

que virium perfectione consummatissima exigunt, quam & nemo hominum viribus suis post lapsum consequi potest, & qui non habent à lege ipsa graviter accusantur & damnantur.

LIII.

At postulationes Evangelicae, nec bona opera, nec peccata, sed & nra spectant, & firma cordis fiducia, ita universo Dei verbo assentiri jubent, ut irretortis tamen oculis promissiones gratia salutaris in Christo, ejusq; redemitiois officio, respiciamus, cæteras vero doctrinæ cœlestis partes ad promissionem istiusmodi referamus.

LIV.

Quanquam interim negari nequeat, 3. V. T. & ante adventum Christi, ubi administratio doctrinæ, ac modus ducendi homines ad fontem & autorem salutis, itemq; ad cognitionem gratuitæ Dei misericordiæ in Christo, onerosior, molestior, & rigidior nonnihil suit, rariores quoq; Evangelio crebriores contra Legis, exactiones & postulationes fuisse adeo, ut harum copia, sub tenera illa, & puerili Ecclesiæ ætate, istarum paucitatem non parum obscurarit, atq; ulterius nihil, quam rudem suayegolar, seu qualémcunq; delineationem Christi venturi, & beneficiorum ejus, Patribus istorum temporum, donis majoribus & peculiariibus Patriarcharum carentibus, in typis, figuris, ceremoniis, ac ritibus variis proposuerit.

LV.

Sub novo Testamento dicit nos Deus svavius longè ac liberalius, dum citra duras illas Legis exactiones, sublatoq; à cervicibus nostris maledictionis onere & disputationis ceremoniarum observationibus sumtuosioribus, Evangelii prædicatio inter nos manifestatur clarius, & per Baptismum, ac Coenam Domini, præsens hæreditas, corpusq; solidum exhibetur.

Adhac

L VI.

Adhæc si 2. Scopum Legalium postulatorum, in Christi, Prophetarum & Apostolorum concionibus, hinc inde occurrentium, perpendimus, nequaquam illa eo tendunt, ac si obedientia legi moralis presita, justificari, & salutem æternam consequi possumus.

L VII.

Efect hoc clausis oculis contra veritatem lavare, & impudentissimo ore in faciem D. Paulo contradicere, qui διαρρήδην asserit, non esse datam legem δυναμός ζωποισται cùm quia scriptura omnia sub peccatum conclusit, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, tām quia ipsamet Lex per carnem infirmatur, & per sua opera promissionem vitæ conferre plānè nequit.

L VIII.

Imò posita justificatione ex lege, ἀκαταβλήτως sequitur, vel 1. Christum frustrā mortuum? quod ἀσθεῖς, καὶ ἄτοπον, vel 2. gemina hominem justificari obedientia? quod βλασφημίην, καὶ ἄλογον, vel 3. imperfecta obedientia justificandi vim impunitandam esse? quod ἀπε γεράνων, αἰχέρεον, καὶ ἀδύνατον

L IX.

Porro, ut jam ad Emblema tertium accedamus, quod vide-licet speciatim Abrahā conditio, & obedientia legalis proposita unice à I E H O V A fuerit, cùm coram D E O ambulare, & perfectus esse, juberetur.

L X.

Opponimus huic λιαν μεγάλω αἰτίαν talēm Syllogismum. Quaecunq; interpretatio, ipsi 1. textui, 2. facto, securum eventui, 3. Sanctorum Patriarcharum imitationi, & 4. Explicationi in Novo Testamento, contraria maximè, & directè est, illa ab Ecclesia approbari minimè, reprobari autem liberè, & potest, & debet. Sed interpretatio ambulationis Abrahæ coram

coram D E O, Legalis merè, est talis. Ergò.

L XI.

Propositio uberiori probatione non eget. *Assumptio* verò patescit, 1. ex *textus Genesios*, tam 1. *Antecedentibus*, quām 2. *Coharentibus*, & tandem etiam 3. *Consequentibus*.

L XII.

Antecedentia docent, non collata tantum hactenus à D E O multiplicia in Abrahamum beneficia fuisse, quorum memoriam ipse ut sedulò obsequiis gratis replicaret, rei necessitas postulabat, studere cumpietati, rectè agnoscere & invocare D E u M, omniaque dicta & facta, tanquam in conspectu D E I acta, ad normam verbi ipsius instituere ac dirigere.

L XIII.

Verūm dictas quoq; illi promissiones multifariae & singulares, ceu sunt 1. Terra Canaan possestio. 2. posterorum multiplicatio, 3. Messia venturi ex posteritate illa generatio, quæ utiq; tanquam ἐπίσημα νέα βλεπόμενα, ad declarandam gratitudinem in Abrahamo fidem requirebant, credentem πάτερνον ἐλπίδα επ' ἐλπίδi & auscultantem D E O, ut abiret in locum, quem accepturus erat, nesciens licet, quo venturus esset.

L XIV.

Deinde etsi Abraham statim, cùm ex Ur Chaldaeorum à Domino evocaretur vocanti D E O fide obediuit, nec quicquam de certitudine prolis promissa, ac secuturæ dubitavit, adeoq; quām plurima alia bona opera ab illo tempore fecit, quæ si ex fide profecta non fuissent, neq; ipsa placere D E O, neque Abrahamum acceptum D E O reddere, potuissent.

L XV.

Nihilominus, quia partim in seipso, tanquam senio jam perfecto, nullamq; adhuc prolem habente, οὐκανενεργαπόνος, partim 2. in conjugi, ætate proiecta, naturalem sterilitatem, & omnimodam νέκρωσιν τῆς μητρὸς deprehendebat.

C

Hinc

LXVI.

Hinc, per differentiam titubans nonnihil, non modò, I. subs-
verebatur, filium Eleazari bonorum suorum fore hæredem, sed
& 2. persuaderisbi, contra primævam Dei institutionem, li-
cet pro more istorum temporum συλλεγρέχηλων, à conjugè
partiebatur, ut ancillam in matrimonii fidem, sobolis suscitandæ
causa adscisceret, quantumvis Deo id vehementer displiceret.

LXVII.

Nec verò Abrahamus , vel à viis mandatorum Dei plane
recederet , vel totale fidei naufragium faceret , loco remedii salu-
taris opus fuit , non tām Legali morum ac vitæ reformatione , quām
Evangelica commonefactione , & promissione , simul 1. ut discussa
tentatione priori , fides inchoata de semine ex ipso & Sara pro-
dituro posthinc plenius corroboraretur : simul 2. ut ad curren-
dum alacrius in circō pietatis , & morum sanctiorum , ceu fructu-
um verae fidei indubitatorum , Abrahamus ipse magis magisq;
extimularetur .

LXIX.

Monstrat idem *Textus coherentia*, ubi injuncta Abraham coram Deo ambulatio, per ἐπεξήγησιν ita redditur. *Ego perfectus, seu vir perfectionum*, cuiusmodi formula pro natura H̄ebrae vocis Thamim vim τληθλω παρὴ habet, ac omnimodam re vel personæ, perfectionem notans. *Secundum Evangelii explicationem*, πάρως quidem iustitiam fidei, επομένως verò iustitiam nova obedientia; ex sententia Lutheri, complexu suo continet, prout infra item docebitur.

LXIX.

*Consequentia verò Textus verba mentionem iniiciunt, 1. Constitutionis Abrahæ in patrem multarum gentium : 2. Pacti-
onis Dei cum Abrahamo, & ejus semine : 3. Promissionis terræ
Canaan in possessionem aeternam : 4. Custoditionis pacti divi-
ni in circumcisionis exercitio, quæ siugula ut in tipo supradictis in-
cipit.*

εντύπω πνευμών, intelligenda sunt, sic ab Abraham non solum pietatis & sinceritatis studium, sed ante omnia fidem in promissum benedictionis semen, loco obligationis reciprocae exigunt, attestante Paulo, dum ait: Non per legem sed per justitiam fidei, factus est Abraham τὸν κύρον ἡληγόνος.

LXX.

Cætera, si jam 2. ex facto vel eventu rei de ambulatione, ac perfectione, quam Deus ab Abraham postulavit, judicium ferre voluimus, testatur partim 1. *ejectio Agaræ* per Saram, consideratione premissæ benedictionis, non in Israelem, sed in Isaacum competentis, à marito petita, facilimèq; impetrata, partim 2. *Immolatio Iaacis*, à Deo mandata, & ab Abraham sine omni fluctuatione suscepta, tantum habuisse pondus apud Abraham presentem adhortationem, ut illius ductu permotus, ipse quoq; 1. firmissima cordis fiducia promissiō de Messia, ex Isaaco, tanquam hærede legitimo, nascituro unicè adhaerit, contrà vero 2. Ismaelis dimissionem fortí animo tulerit: & tamen 3. legitimū etiam heredem, ad jussum Dei, immolare non gravatus fuerit: 4. innixus illi τερεβήσει τῷ θεῷ ἔχοντι τὴν σφεαγίδα τίνειν, Deum vel ex mortuis oblatum Isaacum resuscitare, vel quo-cunq; modo alio ex cineribus ipsius redemptorē mundi produce-re, posse.

LXXI.

Ac quod injunctum Abraham fuit, ipseq; diligentissime observavit, id quoq; 3. Patriarche reliqui & tota posteritas, exemplo suo comprobare studuerunt, incumbentes in illud unicè, ut coram Deo, & in una eadem q; fide venturi benedicti seminis mulieris, & in sinceritate cordis, seu studio serio obsequendi, ab hypocrisi, & simulatione alieno ambularent, quippè quod cum illis item fædus solentie in circumcisione initum, & per Mosen singulis dictum, ut Prophetam illum, quem missurus Dominus erat, audirent.

C 2

Vt

L X X I I .

Vt non urgeamus dñm uos, quod 4. Scriptores novi Testa-
menti, Ambulare illud coram Deo ad exercitium iustitia fidei, &
cognitione Iesu Christi, cuius fructus, ac ēπόρον Bona opera
sunt, accommodare semper solent, prout videre apud Paulum
ad Galatos, ad Colossenses, ad Philippiens.

L X X I I I .

Sigillatim verò explicat autor Epistole ad Hebreos Φεγον
Mosaicam, prout illa de Henoch usurpata legitur his verbis.
Priusquam transferretur Henoch, testimonium acceperat,
quod placeret D E O. Atqui sine fide fieri non potest, ut quis
illi placeat. Qui autem accedit ad D E U M, eum credere oportet, &c. In testimonium luculentissimum, ambulationem Patri-
archarum coram Deo, ante omnia includere Fidem; nec estiman-
dam ex dignitate aliqua, & merito operum priorum, id
quod tamen Tertium Neo-Photinianorum Emblema ὀρθοδοξία no-
strarum Ecclesiarum de doctrina Legis oppositum, blasphemè
urget atq; exigit.

L X X I V .

Pergamus adhuc ad Emblema quartum; quo Legi V. T. aperte
promissiones cœlestis hereditatis & recompensationis aeterna, detra-
hantur, ac plane abnegantur, contra Expressa sacrarum scriptu-
rarum testimonia, quæ omnibus perfectam obedientiam Legi pra-
stantibus, disertè vitam ac prosperitatem pollicentur, non tempo-
ralem duntaxat, impiis non minus atq; piis à Deo concessam, &
illis sacerdotum è diuturnorè longè, quam hiscè. Verum uoces
atq; πέστως aeternam, ac cœlestem piis solum, non impiis item, ex
Dei promissione & misericordia competentem.

L X X V .

Dicit̄ potissima hæc sunt, Custodite leges meas, atq; judi-
cia, quæ faciens homo vivet in eis, Qui fecerit justitiam & ju-
diciū, & super montem non comedērit, &c, hic non morie-
tur.

tur in iniuitate Patris sui, sed vita vivet. Etdedi eis præcepta
mea, & judicia mea offendit eis, quæ faciens homo vivet in eis,
Hoc fac, & vives, Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in
illis; Multi de his, qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt,
alii in vitam æternam, &c.

L XXVI.

2. *Praxis I E H O V A E*, qui mortem æternam transgressoribus pri-
mavi præcepti, de non tangenda arbore scientiæ boni & mali, de-
nunciando ex adversa vice demonstravit æternam vitam promis-
sam, ac destinatam iis, qui creatori Deo obedientiam præstunt, e-
jusq; voluntatem ex verbo & præceptis divinis agnitiuri essent.
Et dum post lapsum protoplastis, à facie Dei fugientibus, pro-
missionem de semine benedicto, serpentis caput contrituro, propo-
nit, non modò *Ierimias*, revelat hominibus æternam vitam, sed *avtobes-*
tinus quoque ostendit desiderandam certissimè æternam mortem,
quæ primaria capitis serpenti pars, & ubiqueq; profligata,
promotionem gratiæ ac spem vitæ æternæ concipere, & aler-
jubet.

L XXVII.

3. *Methodum Patriarcharum & Prophetarum*, qui de Messia
venturo sermonem instituturi, loca cultui divino consecrata,
domum Dei & portam cœli, domum Dei, in qua qui hic habi-
tant, illuc I E H O V A M maximum in sempiternum lauda-
bunt: ipsum verò Messiam salutare Dei; servum Dei justum, in
scientia sua multos justificantem: I E H O V A M, qui est nostra
justitia: qui perditurus mortem in sempiternum: qui mortis
mors, & pestis inferni, futurus, unanimi ore ac corde appell-
lant;

L XXIX.

4. *Exemplum Christi*; qui Iudæis veram vitam æternam
cognoscere satagentibus, scripturas (quales tunc Libri Moy-
sis, Psalmi & Prophetæ erant) commendat, scrutandasq; de-
mandat,

mandat, isto potissimum nomine ac titulo, quod in illis æterna
vita haberi potest, quodq; de Christo testimonium perhibent,
ad quem qui venit, æternam vitam habet.

LXXXI.

5. Pronunciatum Petri, qui de patribus V.T. in concilio
Hierosolymituno solemniter edisserit, illo s quoq; credidisse,
per gratiam Domini nostri Iesu Christi, non minus se, atque
nos salvari quod fieri utiq; non potuisset, si verbum salutis, &
concionem de æterna vita, nunquam audivissent? Si promissi-
ones nulla de recompensationibus æternis factæ illis fuissent?

LXXX.

Ex quibus tandem hunc in modum inferimus: Quodcun-
que dogma 1. apertis scripturarum sacrarum testimentiis:
itemq; 2. praxileHOVÆ, ac 3. Methodo Patriarcharum
& Prophetarum, nec non 4. exemplo CHRISTI: & de-
niq; 5. pronunciato Pauli, manifestè repugnat, illud jure me-
rito damnari, reiiciq; debet. Emblema quartum Neo-Photinianorum id facit, prout ex præmissis haec tenus apparet. Con-
cludant ergò ipsimet Adversarii, atq; Ecclesiam posthinc Qa-
runcias suis absurdidissimis turbare ac prægravare desinant.

LXXXI.

Maxime cùm & nova illa *Responsionum inventa*, quibus partes
suas beare nituntur, vix aranearum iōφισματi similia, penitusq;
in lubrico posita sint.

LXXXII.

Nam quod pro *Emblemati* primi palliatione dicitur, 1. Io-
bannem Baptisam hunc sibi præfixum maximè scopum habuisse,
ut ante omnia Legem, seu peccati, iraq; Dei, ac æternæ damnati-
onis cognitionem doceret, adeoq; diceret, Pænitentiam agite, in
propinquuo enim est regnum cælorum. 2. Christum ipsum ver-
bis iisdem docendi publicè ministerium auspicatum esse, & genui-
num Legis sensum in initio prædicationis suæ proposuisse, illu-
strasse.

strasse. 3. Eundem quoq; injunxitse Apostolis, primo loco pænitentiam, postmodum verò peccatorum remissionem, in nomine suo docerent, atq; nunciarent. 4. Evangelium in U.T. promissum ac tacitum, nondum verò revera, nec etiam manifestatum, fuisse, existis & sexcentis aliis, putidæ Antagonistarum causæ ne minimum accedit commodi.

LXXXIII.

Siquidem in adductis locis. I. *pænitentia vocabulum* θυμῶς, ἡ σωτήριος, pro tota hominis peccatoris ad Deum conversione, que neq; ex sola Lege, neq; ex solo Evangelio, sed ex utraq; doctrina genere simul, petenda est, non εἰδίνως ἡ πατὴρ μέρος προσόντος, & seria peccatorum agnitione, sumitur, qua ανθρώπους διὰ τῆς πίστεως distinguitur, ex sola Lege non etiam ex Evangelio, oritur, & plerumq; alteram partem, nempe fidem, adjungitam habet.

LXXXIV.

2. *Preparatio duntaxat*, aut *ordo docondi Legem & Evangelium*, non pænitentia, aut dignitas proponitur, quando Lex peccatorum primum inculcanda, ut ex ea aliquam discat peccatorum agnitionem, & Dei efficiacia iram ejus, poenasq; commeritas sentiens, medicum querere incipiat, quem mox jucunda Eyangelii vox ostendit, quodq; omnibus in eum credentibus, gratis, ex misericordia peccata remittantur, & Legis impletio imputetur, fundamentis validissimis evincit.

LXXXV.

3. *περὶ την de regno cœlorum itemq; de nomine Christi, monstrat principalem scopum, tam prædicatæ pænitentia, quam explicata à Domino Legis*, qui est, ut ex regno principis hujus mundi ad regnum gratiæ transferamur, & in eo, non tam comminationibus Legis obtundamur, quam humiliari Spiritu, vera Dei agnitione ac cultu accendamur, per Christum in filios adoptemur ac renovemur, atq; ipse à nobis glorificetur ac celebretur.

4. *Evangelium*

LXXXVI.

4. *Evangelium prætenditur completum, suaq; promissione exhibitum, quo Patres V. T. caruisse, nemo est qui negat, cùm de-
mum præconio Christi revelatum fuerit; Malè autem & θρηνούσι πάντες ἀπλῶς concluditur ab hoc ad Evangelium pro-
missum, cuius respectu Patres veteris Testamenti eandem nobiscum
Evangelii doctrinam de gratuita reconciliatione, de remissio-
ne peccatorum, justitia, & vita æterna per fidem propter media-
torem habuerunt, licet, pro temporum & qualitatum diversi-
tate in venturum Messiam crediderint, cùm nos jam in exhibi-
tum credamus.*

LXXXVII.

Porrò appendiculas, pro expoliendo Emblemate secundo ad-
inventas, quod attinet, nimirum 1. in veteri Testamento pluri-
mas conciones Legales, nullas planè, vel certè paucissimas Evangelicas dari. 2. Legem solam, omissa concione Evangelii per Christum revelata, à Moysi traditam fuisse. 3. Fæctores legis, hodieq; non minus, atq; olim, æternum salvos fieri. 4. Ne-
gata justificatione ex Lege, ipsam Legis prædicationem frustra-
neam planè & inutilem reddi. Respondemus:

LXXXIX.

1. Per *Prophetas*. Extero quidem verborum sono plurimas & postulationes & promissiones V. T. Legales esse, quippe aliter longè redēctionis mysterium, & totum religionis ostiū p̄nunciantes, quām revelatum illud in novo Testamento est, quantumvis gratia, atq; virtus ad salutem, utrobīg; eadem non minor recondita.

LXXXIX.

2. Per *doctrinam*. 1. Conditionis, quæ in U. T. fuit tertia, in N. T. est secunda. & 2. graduum, dum in veteri Testamento mi-
nor, imperfectior, ac tenuior, in N. T. major, uberior, & pleni-
or gratia est, non salvatoris, sed cognitio.

3. Per

XC.

2. Per ἐκδήλωσιν Φρέστος Iohannitice, quæ Διց. Moysēs Legem datam, atq; propositam innuit: non 1. ἀπλῶς, & omissa omni Evangelii concione; neq; etiani 2 εἰς ταῖς εἰκῶν, ἢ ἀθεντικῶν quasi Lex per Moysen, tanquam autorem, facta & inventa: sed 3. συγκριτικῶς, & ut monstrarentur foederis utriusq; Legalis pura, atq; Evangelici, mediatores, quorum ille Moses, hic Christus est: & tandem 4. Διχονικῶς, cùm mediante Mosis ministerio Lex olim promulgata, per Christum verò Evangelii lux nobis primum exorta, clarissimèq; annunciatā sit.

XCI.

4. Per Διέργασιν, Verūm eidem, si 1. ad τὴν Φύσιν Legis respiciamus, inesse illi διώματα, jus, atque potestatem justificandi omnes, qui non tantum obedient Legem, sed & eidem perfectissimam ac plenissimam obedientiam praestant. At si 2, quæstio instituatur ἡ τῇ περίγματος, nullos unquam Legi plenissime satisfacere, neminemq; omnino salvati per eam posse, cum Apostolo ἐγροδιδάκτῳ, qui passim ex professo idem demonstrat, docemus.

XCII.

5. Per ἐπανόρθωσιν, Alios longè, eosq; maximos, explicant alicubi, & commendatae à Christo, Prophetis & Apostolis, disciplinæ Legalis usus esse. Siquidem dum 1. ναῦτοι docuerunt, qualis hominum conditio, tām quoad animā, quām quoad corporis vires, esse debeat, & qualem item obedientiam, tām externē, quām internē præstare Deo conveniat, eo ipso non renatos & contumaces, cœnfreto injecto, coercuerunt, ne in manifesta scelerā prouerint, sed obsequio interno disciplinam honestam conservare studuerint.

XCIII.

Dum 2. κατ' αὐτούς ostenderunt, & miserrimam naturæ humanæ depravationem & detestandam ejusdem inobedienti-

D am,

am, quâ iram Dei, & poenas æternas commeruit, eo ipso extimulare voluerunt *Iustificandos ad seriem èum exortans apæctias agnitionem*, detestationem, deplorationem.

X CIV.

Dum 3. *νατὰ τοῦ Ιησοῦν*, ex *Evangeliis doctrina*, quæ *τὴν χειρὶν τοῦ Ιησοῦ* cum Lege operas miseras tradit, dulcissimas promissiones de officio & beneficio *Messie*, de reconciliatione cum Deo de remissione peccatorum, gratis per Christum impetrandi, & apud Deum rata admiscerunt, eò ipso *egros*, & iram divinam adversus peccata expavescentes *ad querendum Medicum*, inflammarunt, neve animum planè desponderent, crexerunt, confitmarunt.

X CV.

Dum 4. *νατὰ πλιθῶν* de vero Dei cultu, & rectè vivendi ratione, regulas certas proposuerunt, eo ipso *justificatos erudit*erunt, ut & voluntatem Dei discerent melius, & novam obedientiam erga mandata Dei inchoarent promptius, & reliquias peccatorum operibus bonis adhaerentes, perpenderent altius, & vita sanctitati studerent inquisitiūs; non autem in Pharisaicam de Iustificatione ex Lege opinionem, *Emblemate altero à Neo Photinianis propugnatam*, irreperent confidentius,

X CVI.

Sed mississillis, contemplémur jam *exceptiones*, quas adversarii pro astruendo *Emblemate tertio* in medium proferre solent.

X CVII.

Obvertunt enim 1. Unico saltem c. 15. *Genes.* expressè dici, quod Abrahamo, credenti promissioni divinæ, imputata fides ad Iustitiam fuerit: 2. Quamvis ex *Paulo colligi* aperiè videatur, Abrahamum justificante fide patrem multarum gentium factum, rem tamen aliter se habere, cùm fides isto loco nudatantum persuasio sit, quod Deus vera dicat, & tacita in prioribus

bus promissionibus conditio tandem in foedere sanciendo ex-
pressa fuerit, ut scilicet ambularet coram D e o.

XCIIX.

At falsa esse hæc, & *ανόητα* patet, quod sanè *primum χειροφύ-*
γετον, partim 1. ex iis, qui supra adducta fuerunt: partim 2. ex
consuetudine scriptura veteris Testamenti, quæ se is ut plurimum
contenta est brevitatis, ac *quod uno loco expressè dicit*, id *pluri-*
bus postmodum κατὰ τὸ σεπτεμβρίου retinet, & tamen *ubivis κατὰ*
Δεκεμβρίου intellectum cupit: partim 3. ex Epistola ad Hebraos,
quaæ affirmat, *Abrahamum ὑπὲπονθῆς πίστεως obsecutum Deo fuisse*,
non tantum cum c. 15. promissioni divinæ de semine stellis coe-
li numerosiore credidit, sed & cum longè antē c. 12. iussu Dei
exiret in locum, quem *ἡμεῖς λαμβάνεις εἰς οὐληρομέτραν*.

XCIX.

Falsum verò & alterum, patet, partim 1. ex magistrali ac fla-
gitiosa diserta ac prolixæ attestationis Pauli, de fide Abrahāni,
correctione, qua & κατηγορίᾳ, propositio in indefinitam ac incer-
tam mutatur, & totius historia Abrahamitica veritas in dubium
vocatur: partim 2. ex perversa fidei Abrahamitica definitione,
qua non nuda persuasio, nec mera notitia de veritate Dei, sed
firmissima πιστόθετι erat παρὰ ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι Ιεροῦ τῷ θωποισθντει
πρός, Ε καλεύντι τοὺς ὄντας ὡς ὄντα, πιστεύοντο εἰς τὸ θνήτον πανεόν πολλῶν
ἀθνῶν, οὐδὲ εἰς τὸ λεγόθηκον τὸν δικαιοσυνών, ut Paulus loquitur: partim
3. ex nugatoria demandata Abrahamo perfectionis & ambula-
tionis coram Deo, ad solum novæ obedientia studium, & vitæ sancti-
oris mores accommodatione, quam cum supra divini verbi gla-
dio feliciter confecerimus, nihil attinet hoc loco pluribus de
illa agere.

C.

Dispiciamus adhuc ex ~~ad~~ de quā quo candore Adversarii Emblema quartum palliare conentur? Regerunt enim 1. ipsum verborum sonum in singulis U. T promissionibus apertè comprobare, Patriarchas tantum externis & corporalibus saginatos fuisse recompensationibus 2. Israelitas pios sperasse quidem aeternam vitam, licet illa nunquam ipsis promissa fuerit.

C1.

Sed hebetari prima tūdūcula acies negatione simplici commodissimè potest: propter nimirum 1. Rationes superius adductas, quæ adhuc ratæ ac fixæ sunt: 2. Promissiones ac conciones de Christo, & remissione peccatorum, de benedictione & salute eterna, in scriptis veteris Testamenti passim obvias, & tunc etiam efficaces, ac potentes ad salutem omni credenti: 3. Usus & finis Sacramenti circumcisionis, in quo partim 1. Sub promissione corporali, de multiplicatione seminis, itemq; de possessione terræ Chanaan, promissio Christi, tanquam seminis benedicti, in quo omnes gentes terra benedicendæ erant, rursusq; promissio aeterna patriæ in coelis, inclusa latebat: partim 2. principiis maximè promissio de gratuito Dei favore disertè continebatur, Ego Deus tuus, &c. 4. Usus & finis Agni paschalis, quod Testamenti veteris Sacramentum, non modò uniuersorum rei præterita, nempè externæ & mirandæ liberationis populi Israelitici ex Aegypto: Sed & figura aut umbra rei futura, nempè C H R I S T I, qui agnus ille Dei, tollens peccata mundi, & Spiritualis aeternæ redēctionis populi Dei, à vastatore Diabolo, à servitute peccati, à lœvitia & tyrannide mortis, fuit.

C11.

Sic alteram tūdūculam si perpendimus, censorem illa potius quam responsorem desiderat, siquidem posito, quod patres veteris Testamenti promissionibus aeternæ vitae caruerunt, & ramen aeternam vitam sperarunt; consecarium exinde verum atq;

atq; necessarium est 1. *Absq; verbi prædicatione audiuisse eos,*
quod æterna vita speranda esset, *αλεξάνδρου καὶ αὐτοπίσιον*: 2.
Citram auditum verbi credidisse eos, ἀλεξον καὶ αὐτοπίσιον. 3. *Absq;*
fide salvos esse eos factos, αὐτοῖς καὶ βλάσφημον. 4. *Absq; fide*
sepiem vitæ æternæ concepisse eos à παιδεῖον καὶ αὐτον.

C III.

Sed de primo Neo-Photinianorum βεβελύγματι, specialiter con-
ditioni Legis opposito, ἐν τῷ παρέγραφῳ satis. Discutiamus nunc al-
terum.

BΔΕΛΥΓΜΑ II.

PERFECTIONI LEGIS

oppositum.

C IV.

Deformitatem abominationis istius proponunt *Adversarii*
hisce verbis, quod dicunt. 1. *Præcepta divina Moralis Legis sub*
U. T. fuisse non nihil imperfecta; sub N. T. autem reddidisse illa-
Christum, partim per se, partim per Apostolos, auctiora, completi-
ora, perfectiora, absolutiora.

C V.

2. *Christum singula decem præcepta Decalogi, ut Schmaltzius*
ordine monstrare conatur, vel certe illa duntaxat *præcepta, quæ*
Matth. 5. & Luc. 6. extant, quod Ostorodus sentit, additioni-
bus novis, atq; argumentis pridem in auditis, ditasse, & exornas-
se.

C VI.

3. *Temeraria Iuramenta, vindictam privatam, odium ini-*
mici, concupiscentiam ex aspectu, verborum scurilitatem, con-
cubinatum, polygamiam, repudia, convitia, avaritiam, &c. in
veteri Testamento quodammodo non fuisse prohibita, sed concessa.

D 3

Refutamus

CVII.

Refutamus autem Adversariorum *ἀπολογίας*, primò quidem hujusmodi Syllogismo: Quodcunq; dogma 1. manifestis scripturæ dictis repugnat: 2. omniq; fundamento caret: & tandem 3. sine contradictione absurdissima explicari nequit: Illud pii omnes absq; habitatione ulla detestari & cum autoribus suis ad orcum relegare debent. Sed dogma NeoPhotinianorum de Legis sub veteri Testamento imperfectione, & rursus sub novo Testamento auctoritate & perfectione est tale. Ergo

CVIII.

Affsum ut probo 1. iis scripturæ sacra dictis, que partim 1. disertis verbis Legem DEI doctrinam perfectam indigitant, cui, cultuum, & dogmatum ratione, addi planè nihil vel debeat, vel etiam possit, licet explicationes præceptorum & vaticiniorum, nec non exempla Ecclesia, à Prophetis successu temporis addita fuerint: partim 2. Legem Moysis non minus olim, sub veteri Testamento, atq; hodiè sub novo Testamento, perfectam obedientiam requirere, innuunt, quantumvis in superficie externi duntaxat obsequii versari videatur: partim 3. per Legem perfectè instruere hominem ad bona, Deoq; placentia opera, ostendunt.

CIX.

Vnde sic infero: Si quæ Lex 1. in se perfecta est: & 2. absolutam universæ naturæ integratatem, unâ cum perfectissimo obsequio, efflagitat: tandemq; 3. perfectè ad omne opus bonum, Deoq; placens, instruit, illa utiq; auctor, complectorū omnino reddi nequit. Sed Lex Moralis, prout jam ostensum, est ejusmodi. Ergo

CX.

2. Patescit etiam generale nostrum assumptum ex illis fundamentis, que probationis loco ab Antagonistis producuntur. Siquidem quod CHRISTUS Legem explicat, & nominatim per compa-

comparationem ait: Audistis, quod dictum sit veteribus, &c.
At ego dico vobis, &c. horum sensus neuliquam est, quasi vel
Christi, & Mosaica Legis explicatio ~~antididicimus~~ opposita: vel pro-
prium Christi officium, esse novum & perfectiorem Legislatorem;
quam fuit Moses; redarguere maxima peccata, puta, incredu-
litatem, internam cordis depravationem & malignitatem, at-
que alia: sonare mera præcepta, & verè Legalia officia exequi.

C X I.

Contra vero proponitur istis verbis I. artibetis explicati-
onis Christi, seu Legis Mosaica, prout eam Christus sensu genui-
no declarabat: itemq; opinionis heretica, prout Pharisæi varias
~~et regidat~~ doctrinas dñe regidat, ac constitutiones addebant: non
doctrina Mosaica, atq; Evangelica, ac si illa Lex esset imperfectior, ex-
terna saltet peccata prohibens, & viceversa externam duntaxat
obedientiam flagitans, hac vero Lex esset completior atq; auctior,
absolutissimam requirens, tam extenorū, quam internorum
operum, imo etiam totius naturæ, ac cordis puritatem, integri-
tatem, perfectionem.

C X II.

Quæ enim hoc in loco Christus præcipit, illa sigillatim o-
mnia in Lege divina, ac sub instrumento veteri innumeris lo-
cis repériuntur, prout ex mutua scripturarum collatione cuivis
obvium est:

C X III.

2. Instituitur oīcōnīs n̄ ēnālīeātī fidelitatis Christi in docendi of-
ficio, qua, summus licet, divinitatis respectu, primariusq; Legis
Moralis promulgator sub T. V. fuerat, jam sub N. T. Moralis
Legis curationem suscepit, non ut promulgator aut mediator,
sed ut illustrator, interpres, & explicator, suorum verborum
sensum callens optimè & proprium Legis finem monstrans
dilucidissimè.

C X IV.

Imō

Imò 3. Dum Christus explicatione legis, non saltem exteri-
num obsequium, sed etiam internam cordis obedientiam, re-
quiri ab hominibus innuit, simul quidem Pharisaicas abstergit
glossas: simul verò, ac περιττας viam parat prædicationi Evangelii,
ut hac παιδεία seu manuductione excitati, ipsum accedamus, &
perfectissimam ejus impletionem Legis celebremus, & appre-
hendamus, minimè autem audiorem quandam, atq; exactio-
rem Legem ab illo postulemus, expectemus.

CXV.

Taceo jam, quod glossema ipsum 3. sine contradictione ab-
surdissima explicari nequit; potius autem 1. meritum Christi,
partem non contemnendam, enervat: 2. Officio mediatorio
undiq; detrahit: & 3. Conditionem Evangelii ac novi Testamen-
ti planè immutat ac pervertit.

CXVI.

Nam si 1. CHRISTUS secundum Adversariorum
Paracœtias, per legem Evangelicam præceptis Mosaicis nova addere
mandata, de operibus interioribus, sublimioribus, & perfecti-
oribus, voluit, ut ita homines novi Testamenti doceat, quibus
partibus justitia novæ obedientiarum piorum cumulatior esse, &
æternam vitam mereri debeat, qui, quo solo, solus ipse factus nobis
à Deo sapientia, justitia, sanctificatio, & redemptio erit? quomo-
do non gloriam suam alteri dabit? quomodo non in quoquam
alio salutis spem figi, locarive permitter? quomodo non, præter
CHRISTUM IESUM justum, in nobis ipsis aliquam apud cœ-
lestem Patrem **advocatoriam** habebimus dignitatem? contradic-
ta 1. Cor. 1. 30. Ies. 42. 8. & 28. II. Act. 4. 12. I. Ioh. 2. 1.

CXVII.

Præterea 2. Si CHRISTUS novus Legislator, qua-
lis Moses erat, esse debuit, & pro officii proprii, imò propriissi-
mi ratione, præcepta Legis divinae absolutiora, completeriora,
perfectiora reddere voluit: utiq; non gratia, non veritatis, non
vite,

Vitæ, sed Legis, & ire, & mortis mediator, aut minister censendus erit: quod ipsum veluti absurdum, atq; pronunciato Baptista & Pauli, imò etiam officio C H R I S T I mediatorio ~~agippndiu~~ oppositum, sic illud quoq; nec cum Baptista, nec cum Pauli sententia, nec cum mediatoris Christi officio, congruere, tolerariue debere, arguit.

CXII X.

Summatim loquendo, si 3. C H R I S T U s sub novo Testamento perfectiorem Legem, quam Moses sub V. T. tulit, ~~asurippntrwç~~ illud sequitur, Deum & sub Evangelio, seu regno gratia austiores atq; rigidiores, quam sub Mosaica servitute, nobis dictasse Leges, & ita mutabilem esse, ut tempore novi Testamenti, ubi sanè omnia austera satis & exacta erant, interiorem illum cordis immundiciem, nec magnoperè curàrit, nec Lege, ulla improbarit. Quod ipsum quia absurdum absurdissimum, absurdum age & illud erit, quod C H R I S T U s sub N. T. rigidiores longè atq; exactiores Leges, quam Moses sub V. T. tulerit, prout contra primum Neo Photinianorum Emblema de perfecione Legis probandum ac demonstrandum erat.

CXIX.

Accedimus ad Emblema alterum, C H R I S T U M scilicet singula decem præcepta, vel saltē illa, quæ Matth. 5. Luc. 6. extant novis additionibus, seu argumentis ornasse, ditasse, cujusq; pars propter Syllogismo hoc confodimus.

CXX.

Quocunq; dogma & i. in genere, & 2. in specie, falso deprehenditur, illud improbari, damnariq; debet. Sed tale est Emblema modò propositum. Ergò.

CXXI.

In genere falso esse dogma istud, docent: 1. Duoposteriora præcepta, quæ ipsa quasi commentarii cujusdam loco adjecta præceptis reliquis sunt, & non minus atque C H R I S T U S

E in,

in explicationibus Legis sub N. T. ultra ac præter *externā*, seu
crassiora scelera, literali verborum sono in Decalogo prohibita,
interiora simul, tām rationi ex naturæ lumine, quām Ecclesiæ
ex verbo Dei, cognita peccata taxant, atq; damnant, licet in ex-
ternum opus non crumpant.

C XXII.

2. *Mosis Epitome*, qua observantia Legis, non prout ab exteriori-
bus duntaxat actibus, ad excitandam atrocitatis peccatorum a-
gnitionem præ cæteris pñtis signatis, sed & ab interioribus anime
facultatibus, à toto corde, à tota mente, à toto Spiritu, & ex o-
mnibus viribus profluit, requiritur, cui sententia C H R I S T U S
tām impensè adstipulatur, ut Lex in universam contineri illa
statuat, & allegatum à Pharisæo benignè proberet.

C XXIII.

3. *Dilectio proximi*, quæ etiam apud Mosen secundum summum
perfectionis gradum, & ita præcipitur, ut ne rancor ullus minimaue
inimica cordis affectio, vel in ipsum proximum, vel in iumentum
ejus concipiatur, adeoq; exinde colligatur, cum Lex de dilectione
proximi perfectionem obedientiæ requirat, ante omnia
tām perfectè diligendum ipsum D E U M esse, ut nunquam in-
cum ulla vel minima cogitatione cordis peccetur.

C XXIV.

In specie falso sum esse dogma propositum, patet 1. ex priori
Decalogitabula, quæ de dilectione dei agens, lineis suis brevissi-
mis, & tribus specialioribus præceptis, simul καὶ σωματικῶ, O-
mnes species, correlata, partes atq; causas sub complexū gene-
rum, relatorum, totius & effectuum, quæ sola verbis disertis in
Decalogo exprimuntur, contentas, designat, planumq; facit
nihil omnium, vel à Christo, vel ab Apostolis mandatum in N. T.
esse, quod non prius U. T. à deo ipso per Mosen & Prophetas manda-
tum fuerit.

C XXV.

Näm

Nam quod attinet Accessoria ad preceptum: Primum, ut est,
1. Nova preceptionis formula: & 2. de invocando nomine I E S U
admonitio: itemq; 3. praeceptio de non habitando in locis, ubi scul-
ptilia, & imagines coluntur, à Deo per Iohannem & paulum
primitus promulgata: Secundum ut est 1. Concessio gravium
ac verorum: ac rursus 2. prohibicio dolosorum & temerariorum
in Novo: & 3. tantum dolosorum Iuramentorum in veteri Testa-
mento, occurrant additionum hujusmodi etiam in veteri Te-
stamento non obscurā vestigia.

C XX VI.

ΑΦΟΕΙΣΙΚΩΣ notetur hoc loco, quoad preceptum: Primum
nimirum 1. Orationem dominicam aliud esse nihil, quam ex-
actissimam θεωρηματων eorum omnium que pro rerum, casuum, ac
miseriarum humanarum varietate, multitudine, vicissitudine
atq; alternatione, in libro Psalmorum diversimode exprimuntur,
ipsumq; animi nostri affectum ac statum, ad preces fundendas
& agendas Deo gratias, sufficienter ac prolixè instruunt,

C XX VII.

2. Venerandum invocationis religiosæ cultum assignari quidem in veteri Testamento uni, soliq; verò D E O , ita tamen, ut ibi etiam digitus simul intendatur, tam ad Patrem, quam ad Fi-
lium, ipsumq; item Spiritum Sanctum, qui licet ἀλογος ἀλος, non
tamen ἀλος νος ἀλος D E U S , ut præter hunc D E U M , si quis
aliud numen sibi non fingit, is nec plures, nec à verò D E O al-
ienos D E O s habeat, multò minus peculiari de invocando
CHRISTO Lege indigeat.

C XXIX.

3. Consuetudinem Christianorum cum impiis, si 1. ipsi sint do-
ctiores. 2. satisq; confirmati in fide. 3. Conversatio autem
ipsa ex necessitate. ac 4. interveniente aperta dissensus testifica-
tiones,

E 2

tionē: 5. non emolumēti proprii: Sed 6. emendandi proximum causa instituatur, nuspīam nec in U. nec in N. T. prohibitam, magis verò exemplo Iosephi, Naemani, Obadiæ, Nehemias, Estheræ, Danielis, sociorum ejus, Eunuchi Reginæ Candaces, & aliorum abundè confirmatam esse, cum è conversa vice cohabitatio inter improbos: 1. à rudioribus & infirmioribus: 2. nulla urgente necessitate: 3. Sine omni contradictione testificatione: 4. emolumēti proprii, aut certe: 5. tacita collusionis, oblationis, claudicationis & defectionis causa: 6. præsentissimo cumpiorum offendicula suscep̄ta, non in N. solum, sed etiam in U. T. severissimè prohibita sit: partim 1. Υπινῶς, quoties Idolatria damnatur: partim 2. εἰδωλῶς, quoties ἀνθρώποι, externis gestibus singularem erga D E U M pictatem & devotionem simulantes, interius autem omni fide ac timore Dei carentes, cumq; hostibus veritatis colludentes, diris, durisq; verbis perstringuntur:

C XXIX.

Quoad verò præceptum secundum notari debet: 1. Iuramenta vera & gravia in magnis & dignis causis, ut Antagonistæ loquuntur, seu ut dilucidius paulò eum orthodoxis loquamur, pia, justa & possibilia, in rebus ad gloriam Dei, & imperiorum conservationem, aut etiam veritatis inquisitionem spectantibus, non modò Christianis, sed etiam Patribus veteris Testamenti, simul licita, simul demandata non raro ab ipsomet Deo fuisse, ut Christus ne sic in novo Testamento ad præceptum, de non abutendo nomine divino quicquam adjecterit.

C XXX.

2. Dolosam & temerariam, seu vanam & falsam jurationem, qua quis vel absq; omni gravi causa, necessitate & vocatione, ex humana tantum futilitate, ac malâ consuetudine, vel animo decipiendi, aut violandi promissa, jurat, non modo in N. sed etiam in U. prohibitam Testamento fuisse: *juxta disertam præ-*

præ-

pti secundi obtestationem, quæ nomen Dei in juramentis pati-
ter, atq; extra illa, dñi pax vñ, sine causa aut invanum, itemq;
ēn' aōīo, in falsum vel dolosum assumere prohibetur; itemq; jux-
ta dictum Christi, quod non tam vana, & absq; ulla gravi causa le-
viter ac frequenter in colloquio familiarium usurpata, quām falsa.
Et in alio praterquam solius Dei nomine præstatajuramenta, dñs im-
probatur, & Phariseos φόδερηνεια istiusmodi, ac si formulis novi-
ter inventis, & duntaxat creaturarum mentionem facienti-
bus, nec quicquam contra præceptum secundum facerent, fal-
lentes plurimos, perjurii reos simpliciter & irrefragabiliter
pronunciat.

CXXXI.

Eodem modo falsum esse dogma de additionibus Christi ad Legem Mosaicam, pa et speciatim 2. ex posteriori Decalogi tabula, cui nec ad quartum preceptum, cœu adversarii ipsimet concé-
dunt, nec ad reliqua, à quinto usque ad decimum, præter doctrinam veterem, à Christo novi & perfectioris quicquam adju-
atum fuit:

CXXXII.

Non quoad quintum Preceptum, 1. doctrina de vindicta, quæ utrobiq; conceditur, probatur & præripitur, si sit publica & eorum, qui legitimi Magistratus officio funguntur, rursus autem simpliciter prohibetur, improbatur & reiicitur, si sit privata, & eorum, qui extra ordinem politicum constituti, nihilominus ubi injuria lœduntur, vel ex intervallo, vel in continentia, ulciscendi animo malum pro malo reddunt, contra sententiam Christi, qui cum auditores haberet discipulos, hoc est, ministros Evangelii, itemq; populum, hoc est, privatas personas; Vobis ait, dico, ne resistatis malo; & D. Pauli, qui tres facit ordines 1. Prælatorum. 2. Ecclesiasticorum. 3. Politicorum, & duobus primis vindictam interdicit de civili verò Magistratu, non frustra cum gerere gladium testatur.

CXXXIII.

Nec 2. Lex de dilectione inimici, cuius contrarium nusp̄ iam in

U. T. scriptum, à corrupta autem Iudeorum antiquitate confitum
fuit, contra apertam Moysis interdictionem atq; institutam à Chri-
sto corruptæ Pharisaorum ὥσθισταις reformationem.

C XXXIV.

Multo minus 3. Abrogatio judicialium sub Magistratu politico
actionum, quæ licet ob concurrentem ut plurimum immodera-
tam Philoveniles anē Codicatu, & contentiones coram Magistratu Eth-
nico, reprehensionem meritissimam Apostoli temporibus incurre-
bant, in se tamen bona, à deo ordinata & ad societatem humani gene-
ris apprimè necessaria sunt, nec tolli ullo modo possunt teste
Christo, qui de novo item Testamento pronunciat, Omnes, qui
gladium acceperint, gladio perituros: & Iohanne, qui post ad Am-
phib. Domini scribit, Si quis gladio occiderit, cum gladio occidi
oportere.

C XXXV.

Quoad Preceptum sextum, quinq; urgent Adversarii additio-
num capita, de quibus cum paulò post ut & de vitanda avaritia
præcepti septimi ἐπειδηγῆ, sigillatim agendum, notetur adhuc
de præcepto octavo, in Testamento veteri non inventam demum
dehortationem à mendaciis, obtestationibus & conviciis esse.

C XXXVI.

Siquidem de mendaciis in propatulo sunt verba, 1. Moysis,
non suscipes famam mendacii, fugies mendacium, non men-
tientini, nec decipieris unusquisq; proximum suum. 2. Davidis,
Perdet Dominus omnes, qui loquuntur mendacium. In mon-
te autem sancto requiescat, qui non egit dolum in lingua sua,
Prohibe ergo lingvam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur
dolum. 3. Salomonis, Abominatio sunt Domino labia men-
dacia: Vanitatem igitur & verba mendacia longè fac à me. 4.
Syracide, Non assuefacias te ad mendacium, quando hac prava
consuetudine nihil nocentiū.

C XXXVII.

Contra vero obtestationes ac convicia fulminat, non modò

Psalmista

Psalmista Regius locis pluribus, sed & tota scriptura Testamenti veteris, quæ vitiis hujusmodi præditos furibus ac scariis deteriores pronunciat, ipsosq; in dei ac bonorum omnium summo odio esse, & tandem libiipsis nocere maximè, immo nisi resipiscant, in eternam illos incidere damnationem, verbis rotundis docet.

CXXII X.

Similiter ad Nonum itemq; decimum præceptum assumentum nullum in novo Testamento accessisse, illud insuper, præter ea, quæ superiùs dicta sunt, probat, quod duplex hic, pariter ut alibi, & in novo maximè Testamento, prohibetur concupiscentia, nimirum originalis seu primorum motuum, de qua præceptum decimum, itemq; actualis, seu consensus & voluntatis, de qua præceptum nonum agit.

CXXXIX.

Quod si enim Moses ipse bina repetitione distincta concupiscentia genera, notabile & arcanum damnat, inque rei istius documentum distinctis, ac significantibus verbis præcepta hec exponit, utiq; nec C H R I S T U S, nec Apostolus Paulus, tanquam Doctores novi Testamenti, autores primi distinctionis inter concupiscentiam concipientem & parientem, inter actum primum & secundum erunt. Sed prius ex ipsis Nonj & Decimi præcepti verbis est manifestum. Ergo posterius obscurum neutiquam erit. Et sic de secundo Emblemate.

CXL.

Restat Tertium, videlicet specialis materiarum nonnullarum in veteri Testamento quodammodo concessarum, nunc vero in novo Testamento per C H R I S T U M prohibitarum enumeratio, contra quam tali insurgimus Syllogismo.

CXLI.

Quodcunq;

Quodcumq; dogma in *Mose*, *Psalmis* & *Prophetis* fundamen-
tum habet, illud non demum in novo Testamento promulga-
tum additum est. Sed interdictio materiarum prius adductarum
est istiusmodi. Ergo.

CXLII.

Assumtum claret, quod 1. *Turamenta temeraria*, quæ
tanquam abominandus divini nominis abusus, taxantur. *Exod.*
20.7. Levit. 19.12. Psal. 15.4. Ierem. 44.26. Os. 4.15. Ies. 48.1.

CXLIII.

2. *Vindictam privatam*, quæ severissimè prohibetur, *Levit.*
18.28. Deut. 32.35. Psal. 4.5. Prov. 24.29. c. 20.22. Ies. 47.3. Ier. 51.
6.11. Thren. 3.27.

CXLIV.

3. *Odium inimici*, quod prolixè dissadetur & improbatur,
Levit. 19.17.18. Exod. 23.4. Deut. 22.1. Psal. 133.1. Prov. 25.12.c.
24.17.18. Iob 31.29.20. Syr. 28.3.6.

CXLV.

4. *Concupiscentiam ex aspectu*, quæ legitur, partim punita in
Pharaone, Abimelecho, & duobus senibus Babylonicis, partim
rejecta & improbata, *Genes. 5.2. Exod. 20.17. Psal. 119.37. Job 31.1.*
Proverb. 6.25. Ierem. 5.8. Ezech. 6.9. cap. 16.15.c. 23.16. Malach. 2.15.
Syr. 22.5.

CXLVI.

5. *Scurilitatem ac turpitudinem*, quæ tam in verbis, quam in
gestibus, omnibus q; vita actionibus, simul per 1. pudibundam actus
conjugalis & operum naturæ descriptionem 2. simul per aper-
tam signorum lascivie detestationem. 3. simul per notabilem Ec-
clesias & Salomonici regulam, piis omnibus interdicitur.

CXLVII.

6. *Concubinatum & Polygamiam*, quæ 1. præter primævam
Dei institutionem. 2. in maledicta Caini posteritate initium ha-
buit, nec 3. ab omnibus sanctis veteris Testamenti, veluti sigil-
latim

latim in Amramo, Mose, Aarone, & aliis patet, recepta fuit: 4.
magis verò à Davide & Salomone tacitè, ac contra proprium ipsorum
exemplum, perstringitur, quoties illi de uxore *Ιακωβος*
μη singulare loquuntur.

CXLIX.

7. *Repudia & divortia*, quæ ut in N. sic & in V. T. ad solum
casum & causam fornicationis, aut Adulterii, quo nodus matrimonialis
directè rumpitur, mandato Dei restricta erant, licet
postmodum, non inter gentiles modo, sed & inter ipsos Iudeos,
temere nimis pro libitu, citraq; gravissimam causam, usurparentur,
in quo catu Moses Iudeis repudium quidem permisit, ob singula-
rem eorum *απλεγναπδιαν*, & mali majoris vitandi gratia, ne
forte vel uxores interficerent, vel in conjugio securè scorta-
rentur, ut Hieronymus exponit, at mandatum vel ordinationem
estiusmodi à D E O non habuit, cuius mandatum ac Lex diversum
planè urgebat, & ad solam turpitudinem in muliere, hoc est, ad
scortationem vel adulterium, itemq; scriptiōnem libelli repudiī
in casu ordinario, pertinebat, juxta literam *Deut. 24. à v. 1.*
& *Metaphoram, Ios. 50. 1. Ierem. 3. 8.*

C L I X.

8. *Convicia & obtricationes* de quibus cùm dictum satis pri-
us sit, Adiiciamus tandem 9. *Taxationem avaritiae*, in V. & quæ
atq; in N. T. passim obviam, non tantum respectu illorum, qui
vitæ necessaria corradiere satagunt: verùm etiā 2. istorum gratia
qui *τὰ προσένοια τὰ ηλάσματα ad luxum in vestitu, potu, ac convivio*
conferre largiter solent.

C L.

Hic enim ipsi reprehensionem habent, 1. à Mose, qui tuni-
cas pelliceas, non sericas, protoplastis à Deo factas, & lacobum
qualemcumq; non splendidum, vestitum petuisse à Deo, refert.
2. à *Psalista*, qui Reginam seu Sponsam filii Regis, in vestitu
deaurato adstituisse Sponsō, non autem sortis tenuioris homi-

nes ornatum istiusmodi decere innuit: 3. ab *Ezechiele*, qui pre-
posterum Iudaorum studium, imitantium Chaldaeos, & haben-
tium tiaras tinctas in capitibus suis improbat: 4. à *Sophonia*, ubi
Deus interitum minatur his, qui induuntur ueste peregrina.

CL I.

Ασύρων verò immodicas convivationes & belluationes conti-
nuas, sub V. T. concessas fuisse minimè, patescit liquido ex *Deut.*
21. 20, ubi *compotationes* & *commessationes* in *prima herba*, ipsis
videlicet juvenibus, *succiduntur*, & filii *epulones* ac *potatores*
ad *judices* deferri & *lapidari* jubentur, quod utiq*u* in *parentibus*
multò magis factum, verò planè consentaneum, ex *Psal.* 104. 15.
ubi *vini usus ad humani cordis latificationem* aut *recreationem*,
non ad deceptionem vel *dementationem*, concessus statuitur, ex
Prov. 21. 17. & 23. à v. 21. 29. *Ios.* 5. 22. & innumeris locis aliis,
ubi *væ, infamia, morbi, & egestas*, denunciantur iis, qui non ut
debent, ad satietatem aut honestam hilaritatem, comedunt &
bibunt, sed vorando & potando inter se se dies noctesq*u*, certant.
Sed satis etiam de *tertio Emblemate*.

CL II.

Examinemus adhuc *cavilla* quibus *Adversarii* hanc nostram
ορθοδόξια elidere ac disturbare conantur. *Excipuum enim* 1. In-
terdictis duobus posterioribus prohiberi, secundum quidem *Mosen*,
propositum aut intentionem de rebus proximi modis iniquis-
simis ad nos devolvendi, secundum verò *CHRISTUM*, ob-
lectionem & tirillationem ex conspectu rerum proximi ena-
scientem.

CL III.

Respondemus breviter, 1. *Natam hanc distinctionem, non in-*
agro divinarum scripturarum, *sed in Liriippio από των καλογρ*
ματαιολόγων, quorum somnia minore facilitate à nobis reiici-
untur, quam ab ipsis conqueruntur. 2. *Non intentionem*
modò

modò, sed & oblationem ac titillationem, imò externum quoq;
etum, in quem concupiscentia voluntas ac consensus, intus ad
tempus latens & peccatum concipiens, tandem apertè prorum-
pit, tam sub Veteri quam sub Novo fædere, interditum plane
esse, juxta disertam explicationem, 1. Mosis qui distinctis verbis
hic uitur, quorum prius delectationem in rebus jucundis, gratis,
utilibus & pretiosis, una cum ferventi desiderio ac consensu in-
rem expetitam, posterius concupiscentiam, que gignit malos affectus
inquietudinem, dolorem, & molestiam animi, etiam si non ac-
cedat consensus & externum opus, significat. 2. Pauli, qui
inter ipsam concupiscentiam, itemq; obedientiam desideriorum il-
lius, inter concupiscentiam εν τω γαλερως καὶ κατ' εὐεγενιαν, itemq;
εκ διωματως καὶ κατ' περπάδαν, accurate distinguit. 3. Jacobi
qui pro evolutione sensus genuini in nono atq; decimo Precepto,
meminit concupiscentie συλλαβήσοντος καὶ πετύσοντος tanquam κακὸν
εγχρησιν.

CLIV.

Præterea obiiciunt 2. Preceptum de dilectione proximi à
CHRISTO ipso novum dici, itaq; explicari, ut pro fratribus
animas ponamus, cuius simile in veteri Testamento demon-
strari nequeat. Cui cavillo opponimus 1. Fidissimum men-
tis CHRISTI interpretem Iohannem Evangelistam, qui non
modo in adductis locis dilectionem Christi novum, sed alibi etiam
vetus, imo conjunctim verus & novum Preceptum indigitat. Vnde
sequitur, prout Lex de dilectione proximi, propter renovatio-
nem & explicationem CHRISTI, sub novo Testamento
Novum dicitur, sic traditum illud itidem sub V.T. fuisse, quan-
do & vero Præceptum dicatur.

CLV.

2. Collationem præcepti C H R I S T I ad præceptum Moysis, non
in ἀπλῶσι, ac in se, sed quoad regnum traditionis. Siquidem cùm Mo-
ses, 1. summo rigore absolutam numeris omnibus charitatem
præcipiat quidem; nullas verò 2. obsequendi largiatur vires,
tandemq; 3. præcepto huic multas Leges alias ac ceremonias
diversas immisceat; contra autem 1. imperfectam piorum chari-
tatem, modò illa seria sit & ardens benigniter acceptet; 2. ob-
sequendi vires donata gratia Spiritus sancti, præcepto suo addat:
3. & abrogatis ceremoniis veteribus, charitatem proximi totam
in sincero cordis affectu constituat, hinc adeò & respectu istius ve-
teris, sortitur Christi cohortatio ad mutuam charitatem, novam
planè formam atque speciem, licet cum eodem ejusdem planè substau-
tia sit.

CL VI.

3. Usurpatam à Socino oppositionem Φεργίων, de fuga mercenariorum in periculis, itemq; traditione vita, vel animæ pro ovibus atq; amicis. Quia enim animam pro ovibus ponere, ex sententia ipsorummet Adversariorum, idem valet atq; inter pericula & cum periculo pascendas oves esse, nihil laboris, odii, & periculi pro juvando fratre deelinari debere, clarum utique etiam hinc est, novi nihil ad præceptum de dilectione proximi sub novo Te-
stamento C H R I S T U M addidisse, quippe quod εἰπεῖς γέγονεν ιστι.
usmodi præcepti de dilectione 1. locis pluribus, 2. exemplo Moysis, & 3. aliorum item decantata olim maximoperè fuit.

CL VII.

3. Cavillum Ostorodi est, qui in dictis V. T. dilectionem inimi-
ci mordicus urgentibus proximo substituit Israelitam, & post-
modum progrediendo ulterius, per Israelitam, amicum & fratre-
rem, non inimicum intelligendum clamitat, contra aperta veteris
Legis testimonia, in quibus πολλαπλασιώς eadem charitas & erga
fratrem, seu domesticum, & erga peregrinum, aut extraneum,
præcipitur.

Denique

CLIX.

Deniq; 4. Cavillum de succinōta Decalogi brevitate & mentione exteriorum duntaxat abūm, eò trahi neutiquam debet, ac si sub veteri Testamento externa solum, eaq; crassiora prohibita scelera: Novo autem Testamento interiorum à tuxiō reser- vata interdictio fuisset.

CLIX.

Breviores enim Decalogi linea συνεδρχινῶς, omnes reliquias spe- cies, correlata, partes, causas, effectus, simul virtutum, simul vi- tiorum, complexu suo continent: quando Lex Dei omnis iusticia, & quæ verbis expressa, & quæ nati ueroe subintelligenda, norma- atq; nancit.

CLX.

Literalis verò praeceptorum Decalogi sonus in agnitionem astro- tatis & enormitatis peccatorum actualium & exteriorum πότως καὶ νοέσως nos deducens, estimandus maximè est secundum explicatio- nem postremi praecepti, in quo concupiscentia prima ac profunda per- stringitur, quæ non modè externa sed & interiora simul tām ratio- ni, quām Ecclesiz item incognita sēpè peccata gignit, adeoq; per Legem universam sese diffundit. Atq; haec tenus de secundo Neo- Photinianorum βδελύγματi, quod directè perfectioni Legis op- ponere solent,

Β Δ Ε Α Y Γ Μ Α III.

AD IMPLETONI LEGIS

oppositum.

CLXI.

Sequitur adhuc Tertium βδελύγμα, de Legis divina absolute- modis omnibus impletione, ex toto corde, & extota anima, &c. pro eius dogmatis occurrastatione ac palliatione tales hinc in-

F 3 de ab

de ab Antagonistis sparguntur flosculi, quod nimirum existimant
atq; offerere audent.

CLXII.

1. Renator in hac vita a deo perfectos esse, ut Legi divinæ per
propria sua opera satisfacere plenè, planeq; possint.

CLXIII.

2. Exempla quamplurima Sanctorum dari, quorum cor co-
ram Deo perfectum fuerit, quiq; Deum ex tota anima dilexe-
xint.

CLXIV.

3. Perfectionem hanc Sanctorum restringi neutiquam debe-
re ad certam duntaxat speciem: referendam verò ad universam
Legem Mosis, à qua ne in minimo, imò ne in ullo, declinasse eos
existimant.

CLXV.

4. Perfectionem hanc Sanctorum durasse in Davide cunctis di-
bus vita sua, præterquam in re Viri Hethiai,

CLXVI.

Sed audeant, existimentq; ambitiosi isti perfectionis vanæ
deprædicatores, quicquid velint. Nos sacrarum literarum du-
ctum fecuti, ita de primo Emblemate statuimus, nullum planè ho-
minem sive ille sit renatus & justificatus, sive non sit regeneratus &
justificatus, satisfacere Legi dei in hac vita posse.

CLXVII.

Rationes damus duplices, quarum 1. aliae generales, aliæ ve-
rò 2. Speciales sunt.

CLXIX.

Generales nominamus, que indiscriminatim omnibus homi-
nibus, adeoq; ipsis etiam renatis posibilitatem implendi Legem
Dei adimunt, ut sunt 1. Strictissima exactio obedientie, tam inter-
ne, quam externe, Legi quidem usitata maximè, hominibus au-
tem

tem prorsus intolerabilis, atq; latu impossibilis, eo quod nemo, qui non peccet, & nullus qui non contra singula præcepta Decalogi variè, ac multiplicitate delinquit. 2. *Tenacissima concupiscentia in cordibus hominum adhesio*, quæ in hac vita nunquam penitus exterminari potest, subinde vero etiam in externum aërum prorumpit & adversus Spiritum & Legem Dei militat. 3. *Denegata prorsus Legi divinae justificatio & vivificatio*, quæ licet non meriti, at divini promissi ergo, obedientiam Legis subsequetur, si perfectam integrāq; Legi præstare obedientiam possemus, nunc autem soli fidei absq; operibus Legis tribuitur. 4. *Necessaria omnino ad perfectam Legis divinæ impletionem* CHRISTI passio, ac meritum, quæ frustranea planè essent, si homo Legi perfectè satisfaceret, salvariq; per eam posset.

CLXIX.

Speciales sigillatim concernant homines, prout vel 1. *Nondum regenerati sunt, adeoque Legem divinam perfectè adimplere non possunt, propter defectum, partim* 1. *Regenerationis*, sine qua nemo regnum Dei ingreditur, potius vero filius iræ manet, nec in ardo est, a^Q ēw^τλογίους πιώς εἰς ēw^τ, partim 2. *fidei*, sine qua Deo placere, operaq; ipsi grata, Legi vero consona, facere nemo hominam potest. 3. *Gratia Spiritus sancti*, qua licet donati credentes sunt, Legem tamen non adimplent, eo que ipso manifestam reddunt, minus longè impleturos Legem illos esse, qui nondum regenerati, nondum justificati sunt,

CLXX.

*Vel 2. Iam renati sunt, adeoque Legem divinam cædercauila perfectè non adimplent, quod etiam in medio illo novæ suæ obedientiæ statu, partim 1. *Ex communis sorte transgressorum Legis eximere se non possunt*, magis autem cum sanctis omnibus peccatores se esse facti coguntur, partim 2. *polluta & semper plena opera*.*

opera præstant, quæ ad purissimam & perfectissimam D E I L e-
gem collata, vix quasi pannus menstruatus & stimantur, cum ta-
men alias pro communi relatorum ad correlata affectione, o-
bedientia cum mandato, ipsisq; εἰωνοῖς inter se, αὐλογία
quandam intercedere necesse: partim 3. grātis & ex dono
Dei, per & propter C H R I S T U M reconciliati, mundi & sancti fa-
cti sunt, paritate imputata & sa. citate inchoata, non justitia com-
summata, neq; viribus integris, partim 4. mixtura grātiae divi-
nae, & operum humanorum in Legis adimpletionē adūvat &, attestan-
te etiam C H R I S T O , qui ait, novum pannū rūdis assumen-
tum absq; certissimo pejoris rupturæ metu, detrita, veteri q; ve-
sti assui non posse.

CLXXI.

De secundo Emblemate Aphorismus hic, sacræ instar anchoræ,
tenendus firmissime est, Encomium perfectionis, sinceritatis & in-
TEGRITATIS in scripturis sacris fidelibus attributum, accipi quidem
diversinodè, nullibi autem ἀπλῶς, οἶκος, νομος, & juxta Neo-Pho-
tiniānorū sensum, ut perfectam obedientiam, consummatam, nu-
meris omnibus, ac cui nihil planè desit, Legis ad impletionem ulli hō-
mini ascribat.

CLXXII.

Sanctissimos enim quosq; homines peccati reos adhuc esse, itemq;
remissionem peccatorum Deo cotidie petere, & cum lacrymis acer-
bissimis corruptionem carnis suæ deplorare oportere, ex iis,
quæ adducta modo fuerunt, manifestum satis evadit.

CLXXIII.

Quoties autem sacræ līcē de perfectione, sinceritate & inte-
gritate fideliū loquuntur, fit hoc, vel 1. Λαγγελικός, ita, ut
digitus intendatur ad perfectionem à C H R I S T O īquālatam &
donatam, cuius respectu ex obedientia & justitia C H R I S T I .
Legem perfectissimē implenit, ipsi quoq; perfectissimam o-
mnium mandatorū Dei adimplectionem possident, & quic-
quid

quid adhuc imperfectionis, ac sordium propriarum adhæret,
CHRISTI merito ac innocentia tegunt, ut in ipso pro perfectis habeantur, acceptentur.

CLXIV.

2. Μεμνώς ita ut judiceretur perfectio inchoationis, studii, bone conscientie, aut certi alicuius facti, que sicut criminibus damnabilibus careat, atq; externam locomotivam, auxilio Spiritus sancti usque quaque regere diligentissimè studeat, absoluta inter omni ex parte nondum est, & tamen Deo placet, quod persona iam in Dei gratia est, Legi divinæ libenter ac lubenter obedit, & peccata venititia non negligit mundare oratione cotidiana, Dimitte nobis debita nostra, ut Augustinus loquitur.

CLXXV.

3. Πληντικῶς, ita ut indicetur, πρώτως quidem iustitia fidei, quā obedientia CHRISTI perfectissima in nobis, non in hæfione, sed imputatione perfectissima est, δε τέρας verò, καὶ ἐπομένως, iusticia nova obedientia, qua per in hæfionem, non imputationem in nobis est, ac imperfecta existit, nulla sanè DEI, cuius illa opus, sed carnis nostra corrupta, quæ adversus Spiritum concupiscit, vitiō, ceu D. Lutherus ex ep̄ Ph̄oī vocula Thamim coligit.

CLXXVI.

4. Νθετικῶς, ita ut piis injungatur ac demandetur perfectio, se posita interim quæstione utrum, id quod preceptum in corpore mortis hujus implere & obtinere queant, cuius loco operam adhibere debent, quo perfectio istiusmodi in hac vita inchoetur, in altera verò consummetur.

CLXXVII.

5. Συγκεπτικῶς, & in collatione ad impios Idololatras, atq; hypocritas, à quibus ut discernantur pii, bona student conscientię, veramq; promoventes religionem, ac Dei Ecclesiam, à notariis carent sibi sceleribus cùm maximè in scriptura perfecta fundati ac

G

confir-

confirmatis sint, & proinde normam ac viam aspirandi & perverniendi ad consummatam perfectionem noverint, qua cognitione cæteri destituuntur.

C L X X I X.

6. Τελικῶς ita ut finis monstretur, qui hic quidem exoptatur sedulò & in toto curriculo vita intenditur unicè at in vita demum securitatem obtinebitur, cùm jam cursus noster consummatus & sublato τῷ ἐν μέγας, τῷ πέλεος advenerit.

C L X X I X.

Horum igitur respectum nunc singulorum nunc plurimorum gratia, dicitur de Noacho, Abrahamo, Davide, Iobo, Iosia, Zacharia, & aliis, quod fuerint perfecti, justi & integri quod D e u M timuerint ex toto corde, quod ex bono thesauro cordis protulerint bona opera, quodq; non simulata, non hypocriticam, sed veram solidamq; dilectionem, tam erga inimicos, quam erga amicos, exercuerint, ut etiam non omni ex parte, nec omnibus peccatis caruerint, multò minus undiq; perfecti extiterint.

C L X X .

Ostendit id ipsum tertii quoq; Emblematis enodatio, hoc cū neo Antagonistas ex ordine ὀρθοδόξων excuneatos plenissimè reddens. Quodcunq; dogma 1. aperte falsam. 2. ipsi textui probationum suatum contrarium: & 3. toti historia Biblica & Ecclesiastica directè oppositum, illud in Ecclesiis orthodoxis recipi nullatenus, reiici autem penitus debet, sed tale est dogma de perfectione sanctorum ad universam Moysis Legem, non certam duntaxat speciem referenda Ergo.

C L X X I .

Falsitas patet ex iis; quæ paulò antè de imperfecta hominum singulorum erga Legem Dei obedientia, tam γεννώς quam εἰδυῖος adduxa fuerunt.

C L X X I I .

Contrarietatem verò manifestant ipsa exempla probationis loco

loco ab Adversariis allegata, in quibus & ἡγεμόνα & σωματίου & ἐπί-
ποντα voculam uabolivū (omnis Lex, omnia mandata) ad certam di-
vini cultus speciem, nimirum zelum avutone, ita, vel 1. repurgandi
sacra à correptelis Idololatrarum, vel 2. promovendi verum Dei
cultum, vel 3. acceptandi & perficiendi quæ dicta ac iussa fuerant,
restringunt, rursusq; è dimetro de tota Legi agi minimè, solen-
ni forma attestantur.

CL XXXIII.

Vix' ocularem demonstrationem? Ecce! Producimus 1.
Noachum qui ut docent 1. τὸ ἡγεμόνα, propter carnalem imagi-
nem & similitudinem Adamicam, gratiam Dei promereri qui-
dem non potuit, absq; tamen suo merito, Legisq; omnimoda
adimpletione invenit. Ac præterea, ut 2. τὸ σωματίου innuunt, eo-
dem modo, quo erat justus, perfectus fuit perfectione scilicet se-
cundum fidem non secundum Legem, pariter atq; justitia vox de Noa-
cho usurpata in scriptura N. T. non ad Legalem, sed ad imputatam
fidei iustiam, palam refertur. Quoad vero 3. τὸ ἐπόποια, rursus
dicitur Noach perfectus neutquam sanè vel απλῶς, vel respectu
totius Legis, verum nātu nō respectu φύαις autē, quæ tempore o-
riginalis mundi, corrupta planè erat.

CL XXXIV.

Producimus 2. Iosiam, de quo liquet 1. ex ἡγεμόνοις, quod
perfectus fuerit, quo ad peculiarem tantum aliquam Legis obedien-
tiā, nimirum zelum flagrantissimum deiiciendi Idololatri-
am & verum restaurandi cultum, non quo ad exactissimam τελο-
νίην, quam Lex efflagitare solet 2. ex σωματίοις quod
peculiarem illam obedientiam seu reformationem in universo re-
gno instituerit, juxta omnem Legem Mosis, formaliter quidem, &
si de canone quæstio sit, non finaliter & si queratur αὐτὸς πάντω-
ν, quo respectu etiam sanctissimo huic operi, quippiam
imperfectionis adhæsit, prout alias hominum actiones ad
αὐτὸν justam nunquam accedunt. 3. ex ἐπόποιοις; quod Regi

G 2

Aegyptio

Aegyptio bellum non necessarium inferendo contra Tezim
Dei deliquerit, adeoq; lapsus, nec perfectus omni ex parte fuerit.

CL XXXV.

Producimus 3. & Zachariam quem Lucas versatum memorat in πάσαις ἐντολαῖς, καὶ δικαιώμασι πνεύματι των, ita videlicet, ut ceu docent, 1. τὰ ἱγνόμρα homo tamen fuerit, cuius genus, functionis, & vita describi potuerit, quiq; (cūm omnis homo mendax & in multis cotidiè labatur) ipse simul in aliquibus impegerit, nec omnimodam perfectionem attigerit. 2. τὰ σωτηριώμρα, versatus fuerit in omnibus 1. ἐντολαῖς cuiusmodi præcepta Moralia sunt. 2. δικαιώμασι, cuiusmodi sunt ceremonialia, sacrificiū, ritus. 3. materialiter & πατὰ τὰ ἐφίπτον αὐθέωπον non totaliter nec absolute. 4. Αἱμέμπτως, coram videlicet hominibus, non planè coram D E O. 3. τὰ ἐπόμρα in medio illo curriculo vita αἱμέμπτης καὶ τελέης incredulus fuerit, & pluris secundas causas, quam Dei omnipotentiam fecerit.

CL XXXVI.

Vbi ergo impletio? Vbi Legis impletio? Vbi omnis Legis impletio? Vbi perfecta Legis impletio? Φάσοντες εἴναι τέλοι εμωρχίθησαν.

CL XXXVII.

Probari id quoque ex Biblica & Ecclesiastica historia posset quam facilimè, ubi ne unicū quidēm hominis verè sancti, & à Spiritu sancto Canonizati exemplū datur, qui non subinde agnoverit, deploraverit, ac detestatus fuerit propriam suam immundiciem, pravitatem; & imperfectionem: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, communis sanctorum vox habet, secundūm Io. hannem & Augustinum. Verūm contrahenda hic vela sunt.

CL XXXIX.

Succedit enim tandem quartum Emblema, de singulari David per

de per totam vitam, excepto unico casu, perfectione cui opponi debet. 1. *Textus σωδΦεια tria monet.* 2. *Davidæ confessio propria.* 3. *Demonstratio historica.*

CLXXXIX.

1. *Textus σωδΦεια tria monet.* 1. *Perfectionem Davidæ non fuisse singularem, sed tamē, quæ quidem Abiæ, filio Roboami, competit minimè; Asæ vero, filio Abiæ, assignari & possit, & debeat, licet ille ipse αναρρητος, neutiquam fuerit.*

CXC.

2. *Eandem non fuisse universalem sed specialem, certi videlicet dūtaxat cultus & zeli αντονειτε promovendi & repurgandi religionem à cultibus idololatricis, pariter atq; perfectio cordis Asæ in eo solum consistebat, quod serio studebat Dei gloriam & religionem illibatam pro captu, atq; viribus, promotam maximè cupiebat.*

CXC I.

3. *Exceptionem Davidæ non esse absolutam, quasi ipse, excepto negotio Vriæ, per totum vitæ curriculum nunquam à præceptis Domini declinari, sed restrictam ad certum peccatorum genus, ipsum nimirum peccatum contumacia, quo David semet tantum per vitæ nempè in negotio Vriæ, destinata opera, cum quadam præmeditatione scienter, volenter, contumaciter & pertinaciter à Lege Dei sese avertit, nec prius quam per Nathanael revocaretur, poenitentiam egit, prout ειΦατιν Sar contumax, rebellis aut perversus fuit, hoc loco usurpatum indicat, non peccatum ignorancia, quod Hebreis Schagag dicitur & simul ex infirmitate aliqua inconsideranter, ignoranter committitur, simul Davidi, non minus atq; omnibus aliis hominibus, ab infantia prima ad extreum usq; halitum vitæ adhæst, simul persona respectu, quæ in gratia apud D E U M erat, propter C H R I S T U M & ejusdem velamento testum, non imputatum fuit.*

CXC II.

Confessionis Davidica locum explere sufficienter potest, partim Ps. 32, ubi beati (ad quorum censem ipse quoq; David pertinebat) definiuntur illi, non qui planè iniquitates, & peccata nulla habent, sed quorum iniquitates remissa & peccata tertia sunt, partim Ps. 51, ubi Psalmista usq; adeo reum se scelerum palam fatetur, ut non in adulterio demum, atq; homicidio, divina se violasse mandata, sed peccatum ab ultimo infantie principio, dum adhuc intra alvum maternam formaretur, atque aleretur, una cum ipsa caloris nativi transfusione, attraxisse queratur.

C XCIII.

Demonstrationem verò historicam suppeditat vita Davidica curriculum, ubi præter & ultra negocium Vriæ, nunc polygamia, nunc simulata insanía, nunc propositum fæviéndi in familiam Nabalis, nunc sententia contra Miphibosethum iustè lata, nunc confidentia in multitudine populi, nunc arrogans populi numeratio, & similia verbo Dei Διερρήσθεν contra ria occurunt, & quamvis tam gravia peccata, atque negocium Vriæ, non fuerunt, Davidem tamen toti Legi Dei perfectè minus obedivisse, meridiano sole clarius ostendunt.

C XCIV.

Evanescit igitur plane prima Neo-Photinianorum objectio de, Paulo atq; Sanctis aliis sub sua quidem persona, sed non ut de se, verùm ut de homine nondum renato, loquentibus, quoties infirmos se agnoscunt, suamq; deplorant imperfectionem.

C XCV.

Manifestum enim ex textu Roman. 7. c. est, agere Apostolum 1. de se, tanquam prima persona, non de alio, seu persona ter tia, 2. de praesenti statu sub gratia 3. & regeneratione, non præterito, de Lege, & in Pharisismo. 3. de homine istiusmodi, cuius approbatione Legi Dei sua constet perfectio, & qui velit bonum, oderit malum. 4. de oblatione in spirituali legi

legis obedientia, tanquam re bona & laudabili. 5. de distinctis principiis agendi in renatis, voluntate nimirum carnis atq; spiritus, quatum hac secundum renovationis beneficium, quæ bona, honesta, & recta sunt, expectat, illa vero secundum corruptionis vitium, ad mala quævis impellatur. 6. de inhabitatione peccati, & perpetua ejus malitia, reluctante Spiritui sancto, qui in renatis habitat, & impediente bonum propositum. 7. de captivitate sub lege peccati, quæ est, *avniſtavuſtav non σωηδορθω*. 8. de infelicitate & miseria, qua ipsem et Apostolus in corpore mortis, seu mortali hærebat, & liberationem ex hoc peccatorum ergastulo desiderabat. 9. de vero liberatore Christo Iesu, cuius mentione, Apostolus se erigit, ac Deo pro redemptionis beneficio, simul verbis, simul obidente subjectione, gratias agit, quas utique nos as omnes ac singulas Apostolo ut renato quidem, sed ut nondum natus, aut in solidum renato, competere, evidenter ex ipso verborum tenore atq; sono est, quam ut probatione ultra indiget, ultra lave negari ratione queat.

CXCVI.

De sanctis vero ceteris testatur Propheta Regius, illos omnes, non tantum proximi sed insuper ac præcipue pro suo rummet peccatorum remissione, ad Dominum in tempore oportuno oraturos esse; pariter atque Christus ipsos itidem Apostolos, qui certe renati erant, orare cotidie jubet; *Dimitte nobis debita nostra.*

CXCVII.

Eodem modo frivola maxime secunda est Objectio, Renatos ea de causa, non amplius sub Lege esse, quod ad obedientiam Legi praestandum obligati minime, jampridem autem debitam Legi obedientiam exolverint.

CXCIX.

Diversum sane Propositum ipsa indicat, quæ negat obedientia alicujus proprie, neq; immunitatis omnimoda nota est, potius vero respectum triplicem

triplicem complexu suo continet, quorum 1. δικαιονός, dum C H R I S T U S pro nobis maledictum factus, à poena, seu maledictione Legis nos redemit. 2. δογματικός, dum voce Evangelii de C H R I S T O, qui solus perfectè Legem nostro loco implevit, talis nobis consequendæ salutis via monstratur, quæ non in propria, omnibusq; numeris perfecta obedientia, sed in C H R I S T O ipso fundatur, cui per fidem inserimur, perq; obedientiam ac justitiam illius nobis imputatam, justificamur. 3. ἀγενονός, dum in renatis, sublato iædio, obedientia in se imperfecta manens, adeoq; neminem coram D E O justificans spontanea tamen est, profecta ex hilari ac libero corde, statuente firmiter, sicut in gratia apud D E U M esse.

C X C I X.

Ad tertiam autem Objectionem, Propterea nemipè asscribendum renatis perfectam Legis impletionem esse, quia illi ipsi passim momentur, ut sint perfecti, atq; hinc inde tam de sua, quam de aliorum gloriari perfectione solent, Respondemus breviter committi istiusmodi paludamento quadruplicem ēπεγνηματων σύγχρον.

C C.

Siquidem 1. Vox perfectionis hic non de simplici totali, aut legali, sed de partiali, inchoata & Evangelica perfectione sumitur, cui quidem in se multum adhuc decebat, in collatione vero ad ceteros infideles populos, aliqua perfectionis laus competit, atque per imputationem perfectionis Christi, adherentes infirmitates & imperfectiones non nocent.

C C I.

2. Formula ipsa orationis est ορθρετικὴ ἡ ωρωπὴν à qua ad perfectam obsequendi facultatem, adque obedientie consummatę Διδασκαλίων κατηγορίην, nulla firma nec situr consequentia.

C C II.

3. Finis hujusmodi commonitionum ille est, non quod hominibus perfectio talis in hac vita contingere possit, sed ut ita excitat

tati, eandem in his terris inchoent, in vita autem secutura perficiant.

CCIII.

4. Gloratio sanctorum de perfectione, nititur, non omnimodâ Legis adimpletione; verùm vel 1. gratuita plenissimæ perfectionis Christi imputatione, quâ ipse, cum omni suâ obedientiâ ac justiciâ donatus est credentibus; vel 2. propria obedientia novæ inchoatione, quæ imperfecta in se licet sit, vera tamen, ac solida, non simulata, nec hypocrita est, Deo placet, eò quod persona, quæ istam præstant obedientiam, accepta Deo, atq; in gratiâ sunt.

CCIV.

Quarta & postrema objectio pretendit quidem vindicias iusticie Dei, quam constare non posse, si regenerati viribus propriis divinam Legem in hac vita implere perfectè nequeant, ex eo Antagonistæ arguunt, quod sic Deus impossibilia præcepisse consectorium proximum appareat.

CCV.

At si tempora & subjecta distinguantur, ēn τῶν ἀδυνάτων Legis observatio amplius non erit, quantumvis illa in hac vita numeris omnibus perfecta integraq; minimè existat.

CCVI.

Nam secundum Tempus, 1. Præteritum, potuissent ac debuissent homines singuli (quippè in Protoplasis facultate implendi Legem donati) Legem perfectè implere, & in statu innocentiae persistere; 2. Praesens, sunt quidem renatis omnia possibilia, etiam perfecta Legis impletio, non ex viribus propriis, ac impletione consummatissima, sed quia Christus Legem perfectè implevit, suamq; perfectam impletionem credentibus imputat, ut sic ex gratia perfectissimam omnium mandatorum impletionem habeant; 3. Futurum, poterunt beati in altera vita Legi perfectam obedientiam exhibere, licet eius ministerium tunc planè pleneque cessatum sit.

CCVII.

H

Quoad

*Quoad subjecta distinguendum hīc itidem inter: 1. Non-Renatos, quibus utiq; Lex, non suo vitio, nec ulla Dei culpa, verū partim propter Lapsum Adæ, partim propter negligentiam ac corruptionem propriam, impossibilis est; atq; insuper inter 2. Renatos, quibus Lex possibilis est, nunc quidem 1. per λογισμὸν meriti Christi, & perfectissimæ ejus obedientiæ; nuac verò 2. per ἀπαρχὰς propriæ obedientiæ, quæ donum S.S. sunt, & in hac imbecillitate ēν ταξι-
ζοχῆ usq; ad gradum aliquem bonæ conscientiæ, atq; ἀν ταυτίτε-
νη ἀμερπτε διστοσίας, assurgunt, secundūm quem Renati imper-
fecta quidem perfectione propria, sed perfectissima perfectione Christi, perfecti nominantur, ut antè etiam dictum.*

CC VIII.

Concludimus jam primam sectionem αἰακεφαλαιωδᾶς ita statuentes, Neo-Photinianorum de Lege divina μαθησοφίας, simul 1. obsecna, & sputo lutoq; digna exclusisse βδελύγματα; simul 2. per sacrarum scripturarum expugnari sufficientissimè posse θερετικα; simul 3. vana & inania pro palliandis blasphemis effingere & querere μητρόγυετα. Vnde eam abesse, & abesse quidem quam longissimè à pomeriis Ecclesiarum, pii omnes μια ψυχὴ νομία παρδίη, jubere debent.

SECTIO SECUND A.

Proponens

Βδελύγματα NE O - P H O T I N I A N O R V M
DE P E C C A T O.

CCIX.

Transcamus porrò ad alteram ταξιγυματίας nostræ Anti-
Photiniana sectionem, quæ agit de contrario Legis, ipso videlicet peccato, ubi & 1. ἡ ὅτι Originalis depravationis abnegatur; & 2. distinctione inter levia atq; atrocia peccata, modis variis corrumpi-
tur, inq; sensum detestandum planè trahitur.

B A E.

ΒΔΕΛΥΓΜΑ I. nim.
ORIGINALIS PECCATI

abnegatio.

CCX.

Quod primò attinet *Abnegationem peccati originalis*, propugnatur ea à Neo-Photinianis sequentibus hypothesisibus, dum absq; rubore ac pudore scribunt.

CCXI.

1. *Peccatum originale fabulam esse Monachorum*, natam ex pravo intellectu scripturæ, & excogitata, ad defendendam pædoBaptismi superstitionem.

CCXII.

2. *Oppositum peccati Originalis, Imaginem Dei in homine, nunquam fuisse amissam*, nunquam corruptam, ne quidem per peccatum Adami, multò minus per peccata posteriorum.

CCXIII.

3. *Imaginem Dei explicandam, non de sanctitate, & justiciâ, neq; etiam de immortalitate, sed præcipuè de illo dominio, quod homini erat in creaturas reliquas, & de ratione intellectus in homine, quæ sibi subjectis præesse potest.*

CCXIII.

Esse verò *Originale peccatum, non fabulam Monachorum*, sed totalem naturæ humanæ corruptionem, sponteā Protoplastorum inobedientiâ primitus contractam, & postmodum, per generationem carnalem, in liberos secundum naturæ ordinem transmissam, contra ueritatem. Primi Emblematis, fundamenta isthac comprobant; 1. expressa scripturarum testificatio; 2. diserta originis, amplitudinis, & propagationis descriptio; 3. prolixa effectuum nocentissimorum enumeratio. 4. necessaria carnis generationis per ταλισματα beneficium permutatio; 5. Cotidiana, & palpabilis naturæ totius exorbitatio.

H 2

Testi-

CCXV.

1. *Testimonia scriptura sunt, ex Testamento I. Veteri, Gen. 5, 1. c. 6, 5. c. 8, 21. Job. 14. 4. Ps. 51, 7. Jer. 17, 9. 2. Novo, Joh. 3, 6. Rom. 5, 12. 19. c. 7. 17. c. 8. 6. 1. Cor. 2. 14. c. 15. 22. Gal. 5, 17. Eph. 2. 3.*

CCXVI.

2. *Descriptio hujus vitii habetur, ratione 1. Originis, Gen. 3. à v. 1. Rom. 5, 12. Sap. 2, 24. 2. amplitudinis, Rom. 3, 10, 12. c. 5, 12. 3. propagationis, Gen. 5, 3. c. 8, 21. Pt. 51, 7. Joh. 3, 6. Eph. 2, 3.*

CCXVII.

3. *Effectus nocentissimi recensentur isto ordine, ut nobis 1. oculos ponatur interior mentis cœcitas, voluntatis aversio, & cordis ac interiorum virium ἀταξία, seu inobedientia; quam 2. comitantur peccata Actualia, ex venenata ista radice, seu rami pestilentissimi, enata; unā cum 3. societate inter Spiritus tenebrarum; atq; 4. omnis generis calamitatibus, irâ Dei, morbis & morte temporali, ac aeternâ, nisi regeneratio interveniat.*

CCXIX.

Non autem posse 4 labem hanc, malorum tot ac tantorum fecarem, elui alio modo, quam per αἰαναστάσεως η παλινεργίας mysterium, illud & Christus docet, & πλεονάζου μέγεθος peccati originalis, quod Antagonistæ quibuscumque possunt modis elevant, exaggerat intensissime.

CCXIX.

Et s. si natura Neo-Photinianorum adeò pūra atque immunis planè ab Originali labe est, prout ipsimet singunt; Vnde, quæsō, etiam inter illos propensiō ad noxia, & sibi inimica? Vnde morbi, mors temporalis, atq; calamitates variae? Vnde infantorum afflictiones gravissimæ, & sæpè inopinus obitus? Vnde morbi hereditarii, & effectus depravati, adhærentes nonnullis per totum vitæ curriculum?

CCXX.

DIEHLIC

Causa

*Causa certè dari alia hac in parte nequit, nisi quam , pra-
ter adducta superius scripturæ fundamenta, ex naturæ experien-
tia, Ethnici saniores agnoverunt, quorum κορυφαι: longe ante
exortam in Ecclesia Pelagianorum, ac πελαγιανζονων Photiniano-
rum hæresin scripserunt; Homines suâ naturâ malos esse, & à
naturâ neverca in lucem edi , corpore nudo , fragili , ac infir-
mo, animo ad molestias anxio, ad libidines proclivi , in quo
divinus ignis obrutus, & ingenium ; & mores.*

CCXXI.

Sic quoad *Emblema alterum*, quo *imago Dei* in homine post
lapsum Adami. neg. in *Protoplæstis*, neg. in *posterioris*, amissa, corru-
ptâve, dicitur , responderi potest commodissimè , partim 1.
per distinctionem ; partim 2. per negationem.

CCXXII.

Quia enim *Imago Dei* in homine, περτως , η κυριως absolute,
numeris omnibus virium quarumcunque, tam animæ, quam
corporis integritas, ac conformitas cum Deo δεξιεύπει est, quæ in
mente fulsit perfecta lux agnitionis & sapientia divina; in vo-
luntate summa Legis DEI approbatio, delectatio, desiderium,
& obedientia; in ceteris deniq; facultatibus animæ, membrisq; cor-
poris, exacta rectitudo , sine omni exorbitatione , ac metu
morborum , & mortis; επιμέρως verò aut ὁσίεως, ornamentum
quoddam extrinsecum respicit, nimirum, dominium in cetera ani-
mantia terræ ac maris, quo primus homo itidem conditoris
sui conditionem modo quodam repræsentabat : Hinc jam
post lapsum distinguendum accuratè est, inter αἰώνια των huiuscemo-
di, simul 1. reliquias & αἰώνια generalem; simul 2. rem ipsam, &
determinationem specialem.

CCXXIII.

Quoad reliquias & generalem αἰώνια, fatemur equidem ,
imaginem DEI in homine neutiquam amissam plane, immutatam
verò modis innumeris, per lapsum Adami esse, ita ut hodie con-
ditio-

ditionis prioris exigua solummodo vestigia, seu rudera splendi diffisi-
mi ædificii, supersint, & apparcent, quorum ratione, 1. anima
hominis quædā duntaxat ϑ ea, ipsamq; veluti umbram SS. Triadōs, adhuc repræsentat; 2. tenues quædā noticias de Deo, ac discrī-
mine honestorum atq; turpium, ex naturæ lumine reliquas habet;
& 3. quæleculq; imperium in animantia cætera exercet.

CCXXIV.

Quoad rem ipsam, & specialem, seu à ϑ eoz determinationem,
cum scriptura dicimus, per peccatum Protoplastorum amissam peni-
tutis Imaginem DEI esse, tam respectu materialis, quod partem
potissimam; quam respectu formalis, quod ex toto, corru-
ptum, depravatumq; est; adeò ut nunc homo ex justo & san-
cto, injustus atq; impius, ex fano, atq; divite, æger, atq; pau-
perrimus, ex Filio DEI hostis, ex hærede extorris, ex confor-
te status beatissimi reus damnationis æternæ, factus sit, exu-
tusq; imagine cœlestis, effigiem terrestris, Adami, seu, ut Lu-
therus loquitur, larvam Diaboli inducerit.

CCXXV.

Vnde simul nostra inclarescit Negatio, quâ adductam ab Ad-
versariis de integritate imaginis divine in homine opinionem, veram
esse propterea haud concedimus; quia in hujuscemodi quæstio-
ne, non tam ad reliquias, & generalem harmoniam, quam ad ip-
sam formam, ac naturam rei, quæ & esse, & definitionem suppe-
ditat, respiciendum est,

CCXXVI.

Hoc respectu amissam penitutis peccato Protoplastorum imagi-
nem DEI in homine, toties confirmat Spiritus Sanctus, quo-
ties in scripturis loquitur, vel 1. de peccato originis, quod amissi-
onem primævæ integratatis subsecutum, inq; locum imagi-
nis divinæ successit; vel 2. de Renovatione, aut novâ creatione,
quâ per Spiritum Sanctum, ministerio Verbi & Sacramen-
tum, in hac vita ad imaginem primi hominis, prout secun-
dum

dum D E U M creatus erat, reparamur & transmutamur; &
3. de collatione hominis, qualiter jam secundum natura ordinem, ad
hanc vitam nascitur, cum eo, qui immediata D E I operatione in
creatione primâ conditus fuit, vel de *Φεγύματι hominis non renati ad-*
versus D E U M militante, cuiusmodi figuramentum in corde homi-
nis primi non fuit; vel 5. de *homine non renato, ira D E I, &*
*mortis aeternae reo, subiectoq; morti corporis, nec non mor-
bis & calamitatibus infinitis, a quibus primus homo, si in con-
creatâ imagine D E I persistisset, immunitis planè fuisset.*

CCXXVII.

Quod si enim Natura humana per lapsum Protoplasmorum,
1. horrendum in modum depravata; 2. nova indiget creatione;
cum 3. illius status diversus maximè a conditione primi hominis;
4. Cui *καταστάσης* ev *πατέρα* reluctatur; 5. adeoq; in D E I, calami-
tibus & morti obnoxia est; utiq; amissam jam in homini-
bus singulis imaginem D E I fatendum erit. Sed prius modo
probatum. Ergo posterius negari ulterius haud debet.

CCXXVIII.

Potest hinc dijudicatio peti *Emblematis Tertiij*, quò partim,
1. sanctitatis, justiciae, & immortalitatis privilegium naturæ *Imaginis*
D E I detrahitur; partim 2. *Imago D E I* ad solum dominatum homi-
ni super omnes terrestres creaturas alligatur.

CCXXIX.

Illiud pugnat aperte, cum 1. explicatione ex verbo Dei superi-
us allegatâ; 2. determinatione à Paulo propositâ, quæ & in pri-
mis justiam ac sanctitatem veritatis, hoc est, sanctitatem
veram urget; 3. perfectione *Imaginis*, aut representationis, quæ, si
homo in statu innocentiae revera, atq; actu mortalis fuisset,
immortalitatem D E I minimè expressisset; 4. comminatione
mortis, quæ tanquam poena, ac stipendium peccati, homini
primo denunciata fuit, exindeq; aliqua naturæ incorruptæ
conditio esse nequit; 5. *πεφυλακιζόμενη*, quæ anima Ada-
mi,

ni, quamdiu DEO subjiciebatur, interius prædita, & quoad omnes facultates inferiores, per usum ligni vita, ita corroborata erat, ut, ἀνευ πανότυ τος Φθαρίκης, corpus suum sanum servare & contra DEI judicium, ipsiusq; naturæ maledictionem, incolumē conservare potuisset.

CCXXX.

Hoc verò pugnat itidem, cum 1. datâ priùs distinctione, inter conditionem Imaginis divinæ primam, ac principalem, & deinde secundanam, vel minùs principalem, 2. allegatis modo testimonii, quæ dominij in creaturas, tanquam ornamentis minùs principalis, nibil meminerunt, de solâ autem justicia & sanctitate, tanquam dotibus principalioribus, verba faciunt; 3. communi inter Photinianos experientia, quibus, cùm imaginem DEI nunquam amisisse se blaterent, vix tamen exigua vestigia dominii in plurima animantia supersunt, quæq; Adamus ante lapsum solo nutu regere poterat, illa hodie excusso sapientis jugo, & non nisi vel vi, vel arte adducta, suum facere officium deprehendimus; 4. natura ac conditione futurae celestis vita, in qua Imago divina in homine τελείως καὶ ὅλοι λίγες instaurabitur, dominio vero in creaturæ terrestres & irrationales locis nullus dabitur, nisi hisce item ἡ φθεροῖς, καὶ αὐτασίᾳ tribuenda sit, quod absolum nimis, & ἡλογον prorsus foret.

CCXXXI.

Sed contemplemur jam Adversariorum exceptiones, ex quibus haec pro Emblemati primi palliatione adducuntur; 1. In testimonio Genesios, esse sermonem, de liberâ, & regnante adulterorum, & non regeneratorum iniquitate, partim externâ, partim internâ. 2. Etsi in omnibus fermè hominibus valde magna concupiscentia, & inclinatio ad peccandum, non tam en corruptam naturam humanam propter primi hominis peccatum, sed quod homines scipios per sua propria peccata, & maliciâ vitarunt, istamq; corruptionem postea in liberos suos per vim seminis hæreditariò propagant.

Falsum

CCXXXII.

Falsam autem esse Exceptionem; 1. Evincunt ipsa verborum testimonij Geneseos pondera, quæ hoc loco saltem numerabimus. Siquidem Moses, non tantum i. τὸν θηριόν Cainitarum, ceu non regeneratorum, & adulorum, scelerata notat, inquiens, Multa est malitia hominis; verum quoq; 2. εἰνῶς peculiare quoddam taxat malum; quo 3. εἰδίκως, cor hominis infectum & corruptum innuitur - idq; 4. ὀλιγῶς, quoad item mentem, atque cogitationes singulas, non solum appetitum, & vires inferiores; ac præterea 5. εὐληπτίκως, ut non in aliquibus exorbitet, in pluribus ad optimam deprecetur, sed tantum atq; unicè malum sit; etiam 6. ἀτέμως, omni die ac tempore, ita quidem, ut ne momentum dari queat ullum, quo cor hominis malo isto careat; tandemque 7. ἀδιακρίτως, ratione tamen adulorum, & infantorum, quorum corculum, etiam cum nondum in lucem editi, veneno hoc peccati infectum est; quam non renatorum & renatorum, quorum hic peculiariter reperitione querelæ divinæ post diluvium notantur, cum tunc solus Noachus justus, ejusq; familia, superstes adhuc esset.

CCXXXIII.

2. Probant ἀντικατάσταση, quibus illa ubertim scatet. Nam 1. non fermè, sed verè in omnibus hominibus magna valde ad peccandum concupiscentia; 2. Non nostrâ demum propriâ, & Actuali transgressione, adeoq; μηντὶ, sed τῇ φύσῃ, esse nos filios iræ, pariter ut sunt & cæteri, ab Adamo, qui liberos ad imaginem suam genuit, nati, testis scriptura, Θεόπνευστος est, quantumvis diversum Neo-Photiniāni statuant; 3. Nec ex creatione, ceu causâ extrinsecâ, nec ex imitatione ceu culpâ propriâ, sed ex propagatione primâ, & à protoplastis promanante, illam, quam temporibus hisce in liberos suos, per vim seminis, parentes hæreditariò diffundunt, corruptionem, testis Iobus, testis David, testis Moses, testis Paulus est; testes utiq; fide digni magis, quam Neo-Photiniāni, cum omnibus suis

suis complicibus ; 4. Nec Adamus, neque sancti ullus, à primo ad postremum usq; præsentis seculi, immo & à peccato fuit ; Ergo nullus aliam vim seminis habuit, præter eam, quâ corruptio & malicia hæreditariò in liberos propagantur.

CCXXXIV.

Sic ad ~~περιώνατα~~, quæ pro alterius Emblematis defensione connectuntur, nñm. 1. Hominem, etiam post lapsum, prohiberi conditum ad imaginem Dei, ejusque gratiâ præcepisse Deum severissime, homicidia ut vindicentur, ne, quæ in homine supereft imago Dei, perdatur, vel corrumpatur : 2. Maritos exclamari à Paulo, quod hodieque sint Dei imago, & gloria, quemadmodum mulier imago & gloria viri est : 3. Hominem etiam post lapsum perfectè justum esse, de quo paulò ante satis responderi debet, esse in

CCXXXV.

1. Αγνοοει λέγεται, eò quod adductus Moysis locus agit, non de consummatâ Imaginis divinae in hominibus lapsis perfectione ; sed 1. de primâ hominis primâ creatione, cuius beneficio ita conditus Adamus erat, ut in ipso, tanquam communi humani generis stipite, Imago Dei transfundenda in omnes posteros, perfectè exprimeretur, atque exhiberetur : 2. de intentione ac fine creationis, cuius respectu humanum genus ἐνεργείᾳ divinâ conservatur & propagatur, ut in illo Imago Dei, transgressione protoplastorum desperita, interveniente λύτρῳ CHRISTI, per παλινστρατησιαν diaconiow reparetur & restauretur ; 3. de reliquo Imaginis divinae in homine, quarū administrâ ope homo, qui in salutis negocio parare sibi ne minimum potest, qualemcunquē adhuc in mente, noticiam de Deo, ac discrimine honestorum & turpium, in voluntate, libertatem regendi externam Locomotivam ; in corde, harmoniam affectuum cum Lege divina, reliquam habet, sibiique à cæde proximi temperare potest ; quippè qui & inter animantia reliqua, ceu Deus terrenus, beneficio rationis eminet, nec ullius privato

privato arbitrio interfici debet, quantumvis prædicta ~~ἀξιώματα~~
multipliciter per peccatum obscurata, & labefactata sint.

CCXXXVI.

2. Παραχλογισμὸν τῆς αἵρετος, cūm non 1. respectu interioris perfectionis; nec 2. ratione veriformalis; multò minus 3. quoad regenerationem spiritualem; potius 4. respectu nudi duntaxat alicujus externi ornamenti, & attributi minus principalis, imperij scilicet, vir, ceu expressa DEI Imago, præ uxore singulariter in conjugio ac familiâ emineat; 5. utriq; autem sexui commune sit, quod vel jam ad Imaginem DEI regeneratus, vel adhuc ad eam regenerari debet, atque potest; pariter atque 6. historia prime creationis unâ indivisa textus serie, non tantum masculum, sed & feminam, ad Imaginem DEI conditam, ostendit,

CCXXXVII.

Neq; tamen propterea in nudâ Imperij dignitate, posita DEI imago est, prout tandem Antagoniste, pro Tertiâ Emblematis assertione, partim 1. Ex eodem loco D. Pauli, 1. Cor. II. 7. partim 2. ex eo, quod ab Adamo immortalitatis via sciri ante lapsum non potuerit, adeoque ad illam, ut & sanctitatem, Imago DEI referenda minime sit; probare conantur.

CCXXXVIII.

Siquidem in hisce effugis, partim 1. Error κατέπεινως ἀπλῶς committitur, dum nimirum à positione ejus, in quo δοτέρως dignitas Imaginis divina existit, ad negationem ejus, in quo illa νοεῖται περίωται elucet, collectio instituitur; partim 2. τὸ εἰδέχενται petitur, dum homo à DEO εἰ αὐθαρπτα conditus, & ad eandem aliquando in alterâ vitâ reparandus, nihilominus immortalitatis viam ignorasse ante lapsum, statuitur, contra expressam scripturæ divinæ literam, quam suprà adduximus,

BΔΕΑΤΓΜΑ II. nim.

DISTINCTIONIS INTER PECCATA LEVIA & GRAVIA DEFRAVATIO.

CCXXXIX.

Huc usque de *Originali* disputatum peccato fuit; succedit nunc postremo *Actuale*, quod *Neo-Photiniani* ita distinguunt, ut alia peccata *Levia*, alia *Gravia* dicant, & rursus utramque speciem ita describant, quod nimurum,

CCXL.

Levia peccata sint *Christianorum errata*, qui, licet unicè atque assiduè justiciæ vitæ, atque acquirendæ perfectioni studeant, interdum tamen, leviter tantum, ex ignorantia, humanâ imbecillitate, & circumventione peccant, peccatorum istiusmodi remissionem in oratione Dominicâ cotidie petant, fratribus suis semilia in die septuages septies condonent, atque à petulantibus, gravibus, & magnis peccatis studiosissimè sibi caveant.

CCXLI.

Gravia verò peccata non *Renatorum* sint *sclera*, quibus illi ex deliberatâ animi voluntate, datâ operâ, perulanter, studiose, volenter, præmeditatè, contra auditas in vitâ antecedente semel atque iterum *reverberias sacras*, & ita contra conscientiam, delinquent, nec sacrificium aut remissionem habeant, potius si subitaneâ morte occiduntur, vel capti per magistratum, & carnificem jugulentur, in peccatis suis moriantur, aeternumque damnentur.

CCXLII.

Discedi verò utrobiusque enormiter à mediâ & regiâ via, illud abundè probari potest, quoad *Primum*, partim 1. distinctione; partim 2. inductione; partim 3. disertâ scripturarum divinarum testatione.

CCXLIII.

Distinctio

Distinctio monstrat verum usum predictæ divisionis, quâ non-nunquam ipsimet etiam Orthodoxi actualia peccata, vel gravia, vel levia dicunt.

CCXLIV.

Non quidem 1. in se; 2. nec secundum Legem; multò minus 3. in foro Justificationis; quos respectus Neo-Photiani urgent, scriptura autem toties improbat quoties peccata omnia, qualiacunque illa sunt, in unam classem redigit, eaque a quoque nomine indigit, ac æternæ damnationi ex merito subjicit.

CCXLV.

Contra verò 1. in collatione mutuâ; 2. ratione causarum, aut personarum; 3. secundum Evangelium; 4. per & propter CHRISTUM; 5. ex naturâ adjunctorum & connexorum; quos respectus hoc in loco Antagonistæ attendunt minimè, scriptura autem toties admittit; quoties docet, 1. pœnam peccatorum aliam atrociorē, aliam mitiorem, adeoque culpam etiam aliam majorem, aliam minorem; 2. Renatos esse in gratiâ DEI, & cùm quidem habeant peccata, non tamen imperare, non regnare illa in ipsis, 3. Credentes in CHRISTUM habere æternam vitam, nec ullam amplius in iis condemnationem esse; 4. Nullum tam magnum peccatum esse, pro quo CHRISTUS non satisfecerit, cujus velamento jam piis non peccata omnia tegantur; 5. Etiam ex levioribus peccatis fieri atrocia, si illa in hominem imperium sumant, eumq; ita occupent, ut abjectâ fiduciâ gratiæ DEI, peccandi propositum habeat; & rursus, si aliqui ex atrocibus peccatis postliminiò, beneficio gratiæ divinae, assurgent, condonari eadem pœnitentiam agentibus, & per CHRISTVM vicissim reddi leviora.

CCXLVI.

Inductio attendere monet ad singulos, etiam sanctissimos homines, qui certè non modò a sapientiâ minimè fuerunt, sed & ferè omnes gravibus nonnullis, iisque contra conscientiam ac fundatum admissis vitiis coinqinati deprehenduntur, ex quibus nisi surrexissent, & ad Deum rursus conversi fuissent, dubium nullū,

quin ipsi quoq; rei iræ Dei, & damnationis æternæ mansissent.

C C X L V I I.

Plurimorum instar notetur nunc, prostitutio Saræ ab Abraham ex timiditate instituta; Moysis recusatio demandati in Ägypto ministerij, murmuratio adversus Deum, dubitatio &c. Aaronis Idololatria; & rebellio aduersus Mosen; Davidis adulterium; Trina abnegatio Petri; pertinax incredulitas Thomæ, &c. quæ utiq; non levia sed gravia peccata sunt, & nisi beneficio divinæ gratiæ, per & propter CHRISTUM condonata, ac in levia commutata peccata fuissent, sanctissimos illos aliâs viros sine dubio communione cœlestis regni privâssent.

C C X L V I I I.

Scripturae testimonia sunt, quæ etiam Renatorum seu Christianorum peccatis respectu quodam 1. nomen, 2. definitionem, 3. naturam, 4. pœnam, 5. exactionem, 6. Effecta propria, damnantiū ac gravium peccatorū attribuunt, adeoq; illa in fœse levia, minutâq; minime, potius verò revelatae in Lege æternæ & immotæ justiciæ Dei contraria, immotâ consecutione arguunt, veluti videre est, 1. Mat. 6, 12. Luc. 11, 3. Ps. 32, 6. 1. Ioh. 1, 8. 2. 1. Ioh. 3, 4. 3. Iac. 3, 6. 4. Deut. 27, 26. Rom. 7, 14, 6, 6. v. ult. 5. Mat. 12, 35. 6. Exod. 34, 7. Iob. 15, 14. Esa. 6, 4, 6. Ps. 19, 13, 130, 3, 143, 2. Matth. 5, 12. & 15, 19.

C C X L I X.

Quoad alterum Emblema peccatur ab Antagonistis tripliciter, nimis ratione partim 1. ē Σωρθεῖς; 2. partim ē λύτρες; 3. partim ē ὄφες.

C C L.

Siquidem non à non-renatis tantum, sed & à Renatis, atq; sanctis, grandia scelera, morte q; dirâ expianda, committuntur, quoties peccata, alioquin in personâ DEO reconciliatâ levia, imperium in homine obtinent, ut vel 1. Servus, Domini voluntatem sciens, eam non faciat; vel 2. in DEVIM, non homines, blasphemie effundantur; vel 3. res, cui infertur detrimentum, alicuius dignitatû sit; vel 4. peccatum ipsum, causarum & actus respectu, intensionem aliquam admittat.

Esse

C C L I.

Esse verò, etiam pro gravioribus, ac spōniè commissis peccatis,
λύτρον aut sacrificium constitutum, illud probatum damus iis scri-
pturæ dictis; quæ docent; 1. Nullum peccatum tam crudele, gran-
de, & enorme esse, quod non duvāp̄ remissibile sit, ut ut actū irremis-
sibile existat, & ex propriâ culpâ, obstinatione, induratione, ac fi-
nali impenitentiâ, rarissimè, aut ferè nunquam, tales peccatores
ad poenitentiam redēant. Quod si enim ubi delictum abunda-
vit, & gratia superabundavit, utiq; etiam in gravioribus delictis
gratia ac consequenter λύτρος, locus erit. Sed prius. Ergo.

C C L I I.

DEV M non delectari interitu impij, eōq; institutam per CHRI-
STUM potestatem clavum, ut ejus usus in absolvendis quibusvis, tam
graviter, quam leviter lapsis, cotidiè exerceatur, juxta dicta, Nolo
mortem impij, &c. Quorumcunq; remiseritis peccata, &c. Si
quis peccaverit, advocatum habemus, &c. Vbi enim gratia DEI,
& peccatorum remissio, ibi λύτρον & sacrificium iσάποντο, imo
υπέρμερον est. Sed graviter peccantibus, quorum catervâ mun-
dus maximè scatet, deposita DEI gratia, & peccatorum remis-
sio. Ergo.

C C L I I I.

DEV M non septenam modò, sed septuagenam insuper septenam
condonationem in delictis proximi à nobis requirere; in renungio evi-
dentissimum, multò magis se, non toties duntaxat, sed adhuc sæ-
pius peccatoribus miseris remittere. Ad cuius enim Legis observa-
tionem Deus nos adigit, eadem ab ipso aliena nō est; sed ad ser-
vandâ Legem misericordiae adigit nos Deus. Ergo eandem à se-
ipso aliena haud putabit.

C C L I V.

4. Per multos tam sub V. quam sub N.T. graviter nimis, deli-
berato, ac datâ operâ peccantes, DEI beneficio atq; gratia, peccato-
rum suorum obtinuisse remissionem, prout patet in Protoplastis,
Abrahamo, Iacobo, Iudâ, Moysè, Aarone, Davide, Salomone,
Manasse.

Manasse, Matthæo, Mariâ Magdalena, Latrone, Petro, Thomâ, & in primis Paulo, qui propterea misericordiam consecutus, ut in ipso ostendat CHRISTUS τὴν πάσαν μακροθυμίαν, τὰς διαβύπων τῶν μελλόντων τοις δέ περ ἀντῷ εἰς τὸν οὐών.

C C L V.

Clarescit hinc tandem foeditas erroris circa ὕρον, seu definitum diem, ac casum damnationis petulantium peccatorum, qui ab Adversariis restringitur, non ad articulum destinata impenitentia, aut finalis perseverantia in impietate, incredulitate, & occaecatione, de quâ Ecclesiastes Regius, Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit; verum ad penas temporales, quas ἀμέτωπος insequitur Mors, eaq; vel naturalis, & quodammodo placida, vel præternaturalis, ac violenta, per carnificem, sicarios, & similes; contra

C C L VI.

1. Apertam scripturarum sacrarum Regulam; si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; Nolo mortem impii, polluentis uxorem proximi, & effundentis sanguinem, per vim opprimentis pauperem, &c. Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate suâ; progenies viperarum, facite fructus poenitentiâ dignos; Christus venit vocare non dimicantes, sed ἀμαρτωλάς, τὸν μετένομον; οἱ τελῶναι καὶ πόρναι περιάγγετον Operistas εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ: Gaudium est in cœlis Ιησοῦ ἀμαρτωλῶν, perversa scilicet ac destinata voluntate peccante, ut filius prodigus fecerat, si poenitentiam agat, &c. Venientem ad me, non ejiciam foras; Non contemne divitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis DEI, quæ te ad poenitentiam adducit.

C C L VII.

2. Praxin, 1. Christi, recipientis poenitentes, publicanos, meretrices, ac peccatores; excusantis nonnihil intersectos à Pilato, & in Siloâ; promittentis Latroni in cruce Paradisum: 2. Pauli, qui incestuosum Corinthum, postquam resipuerat, in Ecclesiam recipi

recipi subet, ne tristitia abundantior absorbeatur. 3. Petri, qui de incredulo mundo, tempore diluvii, scribit, quod quidem tūm plurimi comminationibus Noah non crediderint, in hac verò sua impietate & securitate cum aliis pena corporali affecti, & diluvio absorpti, τῷ πνεύματι, seu quoad animas, servati fuerint, dūm scilicet in extremo illo discrimine pœnitentiam egerint.

CCLIX.

3. Basin consolationis, non tantum pro facinorosis, & per carnificem juglandis, sed etiam pro quibusvis iudicio DEI per morbos gravissimos correptis, aut etiam casu truculento oppressis, vel deniq; morte inopina extintis, quorum de salute, stante Antagonistarum hypothesi, nec alii, nec ipsi animam jam-jam exhalantes, certi esse poterunt, suspensum verò semper calculum non sine præsentissimo animæ periculo, tenere cogentur, cùm contra pœna illæ temporales, quibus Deus prævaricatos homines affigit, & nonnunquam opprimit, cò principaliter directæ sint, ut vel τὸ σῶμα mortificetur διὰ αὐγῆς τοῦ δὲ τρεῖνος vivat οὐδὲ ναοτυλον vel affl. Et iones haec genitores fiant, ac τούτην cruciatum infernalius, quos pœnitentes certissimè incurrent, ac tempus nullam terminabit.

CCLIX.

Quod igitur pro palliatione Emblematis primi, obtendunt adversarii 1. Naturam & indicia hominis Christiani requirere, ut neq; peccent, neq; peccare possint. 2. Credenti omnia possilita esse. 3. Paulum ita corroboratum fuisse, ut in Christo omnia valuerit, adeoq; etiam non peccare potuerit. 4. Cùm DEUS posset omnia dare, posse eum pétentes non modò à peccatis liberare, sed quoq; eisdem à peccatis omnib; servare; Respondemus ad

CCLX.

1. Peti τὸ ἐν αἰχῇ dum nimirūm 1. Pro confesso sumitur, quod Christiani acceperint facultatem, ut non possint peccare, cùm tamen contrarium in præmissis evictum. 2. Quæ de habitualibus peccatoribus dicuntur, ad Renatos, ut Renatos, itemque quatenus

K

Renati

Renati permanent, accommodantur, cùm tamen h̄i licet non
nunquam ex imbecillitate lapsu quopiam non tam levi, quam
graviori, praeoccupentur, beneficio divinæ gratiæ mox resurgent,
nec sine illa pœnitentia male faciant. 3. Aperte in os D. Johanni,
itemq; D. Paulo contradicitur, qui præsentis temporis ~~ωροσημα~~
utuntur, & tam ~~εντόπια~~, quād diuinau^m peccandi, etiam Christia-
nis aſſignat.

CCL XI.

2. Committi oꝝ p̄ficiua ~~ωδρό~~ πῆ ως ἀπλῶς, dum 1. à fide
ſpeciali seu miraculosa ad generalem aut ſalvificam concluditur. 2.
Communis piorum vocatio, ut Diabolo, mundo & carnī resistant,
inq; persecutione C H R I S T U M confiteantur, cùm ſecutura
in altera vita puritate ac sanctitate confunditur. 3. Fides, quæ cer-
to fundamento, hoc eſt, diſerta Dei promiſſione, & verbo expresso
niti debet, ac ~~χειριῶς~~ accepta, omnia potest, quia cum apprehendit
qui omnia potest, extra Dei verbum, ad inventa hominum reſtrin-
gitur. 4. Legis impletio quæ fidei ante lapsum fuit, & in altera vita
erit, nunc autem & in hac vita non eſt poſſibilis, Fidei abſolute poſſi-
bilis ſtatuitur. 5. Impletio Legis imputata, quād fides à C H R I-
S T O habet, atq; impetrat, itemq; propria noſtra impletio, ſeu ~~εκπ~~
~~η~~ ~~ηγή~~ εν πιθεχού ~~εν~~ perfectio, pro una, eademq; reputatur.

CCL XII.

3. Fieri οὐγχυον δινεſſimorum ζητημάτων, dum 1. Quæ Ape-
ſolus de diuina, ~~χειρ~~ ſua in rebus tam ſecundis, quād adverſis mo-
deratè ac patienter ferendis, memorat ad diuinau abſtinen di ple-
nè à peccando απεγριούως accommodantur. 2. Quæ C H R I-
S T I & alienarum virium ſunt, homini nugaciſime aſſcribuntur. 3.
Quæ pro Christianorum perfectione allegantur, exemplo contra-
rio & contentionibus inter Euodiam & Syntychen ſubortis,
paulò antē iñſtinguntur.

CCL XIII.

4. Peccari oꝝ p̄ficiua m̄s ariás, dum 1. Nuda Dei potentia
loco

loco fundamenti exauditionis nostratum precum ponitur, cùm potestia S. aliae Dei, in verbo revelata, conjunctas hac in partibus vices sustineant. 2. Petition remissionis peccatorum, quæ quod hanc vitam, partim *absolutionem* propter C H R I S T U M , partim *inchoationem* novæ obedientiæ per gratiam Spiritus sancti, partim donum *preservandæ* peccatorum lue, manente interim lucta carnis atq; Spiritus, complexu suo continet, atq; à Deo certissime impetrat, totalis *abolitionis* peccatorum *nuvium* & *meritorum* statuitur, de qua tamen *ultimo* demum orationis dominica segmentum agit, quæque nobis *insecutura altera vita perfectissime* continget.

CCLXIV.

Eadem ratio exceptionum item *Emblemati postremo* patrocinantium est, nempe 1. *Impossibile*, ut qui *semel illuminati* & *prolapsi sunt*, *renoventur rursus ad poenitentiam*. 2. *Poenitentiam ab Esavo perverso & præfracto peccatore quæstam certè sepiùs obtentam* *verò minimè* 3. Adiici in hujusmodi casibus passim *voculas dubitandi*. Quis scit, si convertetur Dominus, si forte remittatur cogitatio cordis tui, &c.

CCLXV.

Siquidem dicto 1. Non qualescunt notantur *προτόντες* nec 2. tantum graviter ac mortaliter peccantes, sed 3. *in Spiritum sanctorum* peccatores, cuiusmodi peccatores, cùm 1. illuminati 2. gustaverint donum coeleste. & 3. participes facti SS. 4. perceperint bonum Dei verbum ac virtutes futuri seculi, tandem vero 5. ab integro crucifigentes sibi meti ipsi, ludibrioq; expONENTES filium Dei. 6. denuò prolapsi sint, jam peccatum suo modo irremissibile committunt, propter voluntariam, obstinatam, hostilem ac finalem *λύτρα* propositi, & universorum mediorum salutis abnegationem, oppugnationem, execrationem, cordisque indurationem.

CCLXVI.

K 2

2. Agitur

2. Agitur de *Pænitentia, non vel 1.* *Admisi*, quasi illius con-donationem adipisci Esavus per lacrymas minimè potuerit, vel
2. *propria*, quam ipse sanè invenire potuit, dum ob peccata sua,
præ animi ægritudine, & dum clamore magno, doluit tandem
que ad meliorem frugem rediit. *Verum partim 1.* *Amisi*, scilicet
privilegii primogeniture quod à fratre præceptum nullis lacrymis
recuperare potuit: partim 2. *aliena patris* videlicet, qui nec pre-
cibus, nec lacrymis ullis adduci poterat, ut collatam in Iacobum
benedictionem revocaret.

CCLXVII.

3. Sermo habetur, non 1. de peccatorum remissione & salute e-
terna, ubi nullus dubitationi relinquitur locus, cuiusq; ex fide in se-
men Abraæ certi ludixi erant, sed 2. de pœnis corporalibus & im-
minentि captivitate, quam Deus populo suo nulla adhuc addita
certa & absoluta mitigationis promissione, comminatus gra-
vissimè fuerat, prout ex σωφρείᾳ textus conspicuum est.

CCLXII X.

Sed hæc etiam de βδελύμασι Neo-Photinianorum, ὁρθοδόξῳ
Ecclesiarum nostrarum συνφωνίᾳ, quoad doctrinam peccati, spe-
cialiter oppositis, dixisse sufficiat.

CCLXI X.

D E U M nunc pacis & veritatis oramus, revelatam in verbo
de Lege ac Peccato doctrinam, inter nos quoq; conservet atque
propaget, nec eam furoribus Satanae calumniis in solentium
capitum, vitiari aut everti sinat, querat nos maximos peccatores
Medico, cum gratia & veritate venienti, preparet, ac Dominus pa-
cis primo atque acribus med camentis utens, balsamum tan-
dem suffundat suavissimum & Evangelii voce nos in spem
bonam vitæ æternæ erigat. Ipsi sit laus, gloria & ho-
nor, in secula nunquam finienda, Amen.

E N I S.

01 A 6612

ULB Halle
002 937 107

3



R
WAN

seruū tuū et israelitā
tu tuū quibz letumus es
pollicēs qd̄ nūt̄ plūc̄s
seruē eoz sit sc̄llā c̄t̄l̄
et sit arena qz c̄t̄ m̄fūt̄c
māris. **R**uia dne iūn
ut̄ sūm̄ p̄l̄ quāt̄m̄es
ḡtes sūm̄ qz h̄l̄ k̄s in
yriūsa t̄rā h̄odie p̄t̄c
vāt̄m̄a. **E**t nū ē m̄t̄p̄e h̄
m̄c̄ps et p̄pha ēt̄ d̄ux ne
es holocaustū neq̄ sc̄fīt̄
m̄a neq̄ oblatō v̄t̄p̄ in
sc̄fīm̄ neq̄ lōn̄ p̄m̄at̄
h̄i cōta te ut p̄fīm̄s m̄
x̄m̄e **D**isca t̄bīa h̄i m̄
aīa cōta et h̄i h̄i h̄iatis
fūt̄p̄m̄ur. **S**icut in ho
locausta d̄icū et th̄aiz̄or
et sit in misibz aq̄z p̄i
q̄vū sit fūt̄ sc̄fīm̄ n̄m̄

Farbkarte #13



B.I.G.

5.

Σὺν τῷ Θεῷ.
Disputatio Anti-photiniana,
 Complectens
 ἙΛΕΙΓΧΟΝ ΒΔΕΛΤΥΓΜΑΤΩΝ,
 Quæ de,
I. LEGE & 2. PEC-
 C A T O,
 Fovent, ac spargunt
NEARIANI POLONICI,
 Iussu
 Reverendi & Amplissimi Collegii Theo-
 logici, in inclytâ Lipsiensium Academiâ,
 εἰς τὰ πρώτα, publicâ χάριν, proposita,
 Ad diem 30. Sept. & 1. Octob.
 Pro consequendâ potestate assumendi titu-
 lum Doctoris in studio Theologico, quam
 vulgo Licentiam vocant, à
M. LEONHARD. RECHTENBACH
 Saltensi, S.S. Theolog. Baccal. & Eccl.
 VVeissenf. Pastore ac Superin..
 Lipsiae, T O BIAS BEYER Excid. Anno 1612.

